

Prædie quam reverteretur V. P. Prior ex Cartusia sabbato Quatuor-  
 temporum post Pentecosten 28 Maii vitæ terminum attingit D. Franciscus  
 Lavener professor et antiquior hujus domus postquam in Ordine  
 undecim annos laudabiliter exegisset. Hic natus fuit in pago  
 Nezygen prope domum Capellæ, fuit vir probus, diligens et gravis  
 cantus cuius magna illi semper inerat cura et libros in desolatione  
 domus servavit, ad fabrilis opera habilis maxime in dirigendis par-  
 vis horlogiis, pro qua re etiam fuit evocatus ab Ernesto Prævarico  
 episcopo Leodiensi, nam ab ineunte ætate ista tractaverat et ante  
 ingressum Ordinis fuerat sacrista secularis in abbatiâ Nimivensi.  
 Ultimus adhuc existens monachorum in schæta fuit promotus  
 ad officium Procuratoris in domo Capellæ: postea huc revocatus  
 ad idem officium, post paucos menses defuncto D. Petro Martini  
 quinto Prioris hujus domus, in ejus locum per electionem suffec-  
 tus est quæ tenuit quinque annos, quibus exactis deponitur  
 per chartam Capituli nec inde se doluisse retulit nobis, non enim  
 magni faciebat cathedram honoris, quia non erat elati animi  
 contentus officio Procuratoris cui restitutus fuerat. Inde ad cellam  
 reductus nihilominus officio Vicarii honoratus fuit; a quo  
 officio absolutus missus est hospitatum ad domum Capellæ.  
 Nec sufficiebat tam varias vices in Ordine experiri etiam  
 exilium et captivitatem his turbulentiis temporibus per-  
 pessus est, quibus diverantibus ut plurimum D. Priori Chris-  
 tiano adheruit vel in domo Leodiensi degit. Post redactam  
 civitatem ad obsequium regis fuit hic iterum Vicarius  
 usque ad annum 1601; chorum noctu diuque frequenta-  
 vit etiam in extrema senectute, incepit tandem tibia  
 laborare quæ ad ultimum sacrum ignem attraxit et  
 ex hoc sæculo illum eripuit vivendi jam saturum et suspi-

rantem ad Domini adventum. In conversatione fuit, ut dixi, vir probus nulla aliqua gravius culpa notatus, sed parum plebeius et secularis nec interius compunctionis aut devotionis sat eruditus exercitiis agere ferebat aliquem obloqui Novitio nostro D. Richardo dicens non vidisse in domo illi parem, quem praevidebat ad majora promovendum.

\* alias 15 Junii Non multo post 5 Julii\* obiit D. Hercules Van Winckel professor et alias bis Prior hujus domus Brussellae, nec non domorum Brugis, Lovanii et Sylvae S. Martini, Visitator Provinciae Leuthonice, hospes in domo Diestensi. Hic V. Pater ex honestis parentibus utpote patriciis hujus civitatis prognatus fuit et liberalibus disciplinis excultus fuit, hinc facile in Ordine locum, et post vota professionis emissa promotionem obtinuit, statim sacrista et postquam quartum annum exegisset in cella Procurator institutus fuit. Deinde anno 1574 in Prioratum Sylvae S. Martini erectus est, post aliquot annos Brugensi Cartusiae praeficitur, quas domos hac luctuosa tempestate recessit et cum penuria et aliis difficultatibus colluctans via quidquam notatu dignum praestare potuit. Deinde anno 1597 D. Petrus de Leon curavit sibi subrogari in Prioratum hujus domus suae professionis, post biennium vero majoris boni intuitu translatus est ad domum Lovaniensem, et post unum atque alterum annum etiam Visitatoris principalis apicem assecutus est, plures ibidem juvenes spatio circiter 9 annorum recepit et religiose instruxit, erat enim vir doctus et prudens nec non conversatione devotus, complures ex his quibus in saeculo abundabant fratrum necessitati et domus paupertati subvenirent, et de paterna hereditate quam plurima contulerunt. Profectiores et jam idoneos ad officia, quos plures ibidem invenit in aliis domibus promovit. Inde sibi famam nominis acquisivit, et apud

suos amorem et reverentiam. Hinc factum est ut nostri tanquam suum conprofessum competere a Capitulo decernerent. Et cum haec Domus in edificiis non mediocriter liberalitate Principum promoveretur etiam ipse domum redire consensit arbitrans se hic eadem fortuna et prosperitate beandum, sed perfellit eum opinio, nam post duos annos necdum completos per Patres Commissarios ab officiis absolutus fuit, postquam Prioratum gessisset in diversis domibus totos 36 annos. Vir erat gravis domi forisque spectatus et meliori fortuna dignus plures ei compatiebantur, hoc illi tantum vitio verti potest quod nimium auctoritatis sibi arrogaret, quam apud episcopos et alios etiam externos egregie propugnabat, sed cum movisset litem Mecklinicae contra mercatorem vini, dedit calumniae locum cum ceteris, quae referre hic non decet. Et cum esset jam protractae aetatis vir, et multis infirmitatibus obnoxius magnus et obesus, ut etiam mole corporis se Herculem praeberet in hac humiliatione non diu vitam propagavit sed quintodecimo circiter mense hydropsiam incurrit et postularis ardentem sacramenta Ecclesiae sibi ministrari placide in sede spirituum reddidit Deo creatori suo, sepultus in domo Diestensi ad quam se transtulerat, amicorum se precibus commendavit et ab adversariis veniam deprecatus est per servitorem infirmitatis suae eo de causa ad eos delegatum. Hic dicere solebat parentes et visitatores esse fures temporum. Requiescat in pace sicut optime spero in hoc humiliationis camino purgatorium peregrisse. Hic ure hic seca, inquit Augustinus, ut in defernum parcas et salves.

Circa hoc tempus Rolandus le Clercq frater Prioris de Monialium Brugensium Ordinis nostri antequam absolvisset mentuam probationem in habitu seculari incidit in phrenesim

Haec minima  
causa fuit sed  
allegata tamen.

et multum negotii nobis facessivit, tandem Brugas remissus est nec ab eo morbo convaluit; hinc videmus quam rationabile sit statutum, ut conversatio precipue ignotorum prebeatur. Venit et P. Jerval ex aquis Spadanis Bruxellas sed nedum læta omnia erant hic, quamvis sibi persuaderet.

Floribus sicut et gemmis et lapillis aliisque deliciis pretium libido facit. Hæc æstate sacrista noster D. Joannes a Blitterswyck permissu P. Prioris vendidit unum florem dictum tulipan triginta florenis cuidam Hollando, qui postea nobis retulit putrefactum fuisse, sicut fuerat et aliud quod minori pretio emerat Vander Schueren familiaris noster non sine obloquutione quasi sacristam circumvenisset, qui potius deceptus fuit in sua destinatione.

In festo Dedicacionis Ecclesie comedit in refectorio R. P. Antonius Van Winghen abbas Letiensis, et peractis in ecclesia gratis fratribus dedit benedictionem. Dicebat se nunquam ita fuisse honoratum in Ordine nostro. Multa bona largitus est domui Lovaniensi, dedit nobis librum de Vitis Patrum sibi a Rosweydo dedicatum, vicissim retulit secum opem D. Brunonis, liberaliter suscepit hospitio nostros Patres euntes ad Cartusiam.

Gravis hic annus Hispanice fuit Margaritæ reginae obitu, quam Provinciales ob esurias dotes et pietatem impense amabant et colebant. Ad D. Laurentii Septembris die 22 prolem peperit. cui Alfonso nomen. Mater ex parte obiit 4 octobris die. Infans annum vixit.

Circa hoc tempus ad instantiam archiducis, detentus fuit in domo archiepiscopi civis Brussellensis P. O. qui quod esset secularis vir et illiteratus theologiam mysticam tractaret et scriberet, unde nostri Capucini factores audiebantur, et testimonia a quibusdam requisita sunt; ipse renuntiato hoc studio liber erasit ac in pace dies suos complevit.

In festo S. Lucæ ego fr. Petrus de Wal, indignus sacerdos pi-

num sacrificium Deo obtuli, ac a matre procurari thesaurulum argentum cum navi et ecclesiarum quod simul constitit 120 florenis. De cetero omnino neglectus fui, cum distarem procul ab amicis et parentibus.

Cartusia confla- Hoc autumno Cartusia Major fortuito casu incendio tota conflagra-  
gratur in festo undecim millium vit sex cellis exceptis et cella S. Petri, pro eius restauratione domus  
virginum. - Et infectione agnus et Provinciae Ordinis spontanea liberalitate subvenerunt. Unaqueque  
D. flamma inen- dii repercussa. Domus Provinciae Sicardiae dabat 200 florenos quid dederimus nescio  
sed P. Imechoren Prior noster ex bonis domorum Hollandiae nomi-  
nationem Ultrajectensis plurimam pecuniam eo destinavit. [Circa  
hoc tempus idem Prior et Visitator noster Visitatione facta  
Capellae reduxit secum D. Danielem Buer professum domus  
Scheene Anglorum liberalibus disciplinis ex cultum, qui hic  
aliquandiu religiose nobiscum conversatus est.

Similiter D. Joannes d'Anthime professor domus Lovanii abso-  
lutus ab officio Vicarii domus Leodiensis ad suam instantiam  
et pro pace Conventualium qui degre hospites officiales ferebant  
huc cum P. Visitatore rediit, ad eius adventum recessit D. Theodo-  
ricus a fine professor domus Lovaniensis ut esset Vicarius in  
domo Gandensi, non relinquens set bona vestigia maxime  
a P. Priore et fratribus sub exitum observata quae laxiorem  
conscientiam et audaciam arguebant. Alias, Pat sapiens et  
pius <sup>nobis tupe</sup> videbatur.

Anno 1612 Pragae Bohemicae capite, ubi se Rodolphus impe-  
rator diu tenuit bellicis curis sed et civilibus ob valetudinem  
impar, et ubi Matthias Austriaco fratri suo ad III Idus Au-  
gusti anni superioris cesserat ditione omni paterna Hun-  
garica, Bohemica, Austriae retenta pensione unde aula  
sumptus sustineret 10 Januarii consequentis exiensus est

postquam visisset annos novem et quinquaginta menses sex.  
 convenere paulo post Francofurtum imperii Electores, suisque  
 suffragiis eundem Matthiam imperatorem 13 Junii salutarunt.

Vita defuncti Rudolpho non longo intervallo praesul Leodiensis  
 Ernestus Barvarius e vita excessit annos natus duoset seaginta,  
 praesul et princeps vere magnus, prudentia via cuiquam suae  
 aetatis principi comparandus cuius opera Pontifices maximi  
 et Rudolphus imperator alique principes praecipue in negotiis  
 rebusque imperii usi sunt ut sine ipsius explorata sententia  
 nihil fere magni negotii unquam statuerit. Sepultus Colo-  
 nice in sua metropoli.

Successit Ernesto in episcopatum, et principatum Leodiensem  
 Ferdinandus ex fratre germano nepos.

Obitum utriusque numerale hoc distichon (cuius Petrus Ros-  
 cius autor fuit) indicat dupliciter, alludens ad bina successive  
 principis Ernesti symbola, Unum altera pars audiatur alterum  
 omnia.

Altera pars tantVM perIT perVnte RVDOLpho

OMnia In Ernesto rapta fVere DVce.

Non longe post inchoatum hunc annum recessit a nobis  
 D. Wenceslaus Plene valet professor domus Delpheensis vir gravis  
 et senex, qui bis prioratum gessit in Francia. In hac domo  
 sub P.P. Leone et Bahusio coadjutoris officio decoratus fuit, non  
 expectata professione Novitii quem instruebat postularit cum  
 lacrymantis a P. Prioris et Visitatore ad Cartusiam Diestensem  
 dimitti quasi ibidem quietius quod superat vitae transigendi.

Obitus fr. Judoci  
 a Mignode pri-  
 mi Conversi no-  
 va domus.

In vivorum autem societate sublatus est 24 februarii fr. Judocus  
 a Mignode Conversus primus novae domus quadragenarius circi-  
 ter, professionis anno decimo quarto. Natus Alorti ex honestis

parentibus qui uno die obierunt sepulti in primario templo. Educat-  
 tus autem fuit Gandavi apud Soronium suum, qui ultimo  
 supplicio affectus fuit a perturbatoribus Reipublice quod primarios  
 quosdam praesules et principes carcere liberasset, atque viso quo  
 capite in palo affixo forte cum civitate cavret Judocus animi  
 deliquium passus est semperque pallidus et quasi corde compun-  
 ctus vivit. Vidua ob recompensationem a catholico Magistratu  
 cura Leonis nutriendi commissa est. Ipse vero circa annum  
 1597 suave jugum Domini sub P. Leone subivit. Fuit vir valde  
 timoratus et religiosus, pius et devotus, ecclesiam sedulo fre-  
 quentans die ac nocte. Nec propterea minus laboriosus qui  
 braxatoris, pistoris et dispensatoris onera simul non pauca  
 tempore sustinuit, ac fere totius domus curam gessit, nec  
 sine ipsius consilio nihil fere seriusum gerebatur. Non  
 querebat quae sua sunt sed aliorum, sibi viliosa reservans.  
 Unde patet altissima ipsius paupertas. Nec tantum restitit  
 paupertatem sed corpore et incessu maturitatem, modestiam,  
 sobrietatem praeferebat, nigram et prolixam barbaram aiebat,  
 vultu subpallidus erat utrumque corpulentus non pinguis  
 erat, nonnihilque claudicabat. Regularis disciplinae obser-  
 vator et zelosus erat. Si qui peterent unde haberent pitantiam,  
 Requiescant in pace respondebat, inter suos sermone edificato-  
 rio abundabat saepe loquens de Deo, in extrema infirmitate  
 cum beato Job Deo gratias agebat dicens: Sit nomen Domini  
 benedictum, nec de mane rosarium deponebat. Omnibus  
 sacramentis ecclesiae rite munitus mortali carcere exutus  
 caelum gloriosus ingreditur ut pie speramus omnibus  
 sui relinquens desiderium, qui optabant sua novissima  
 illius similia. Sepultura peracta convenientibus nobis  
 in claustro P. Privi dixit: Generatio praeterit et generatio

propter eos qui recipiendi erant post prandium in colloquio. Mor-  
bus quus fuit aposthema interius quod contraxit ex frigore  
et vento dum prope ostium ecclesie stallum haberet, et quan-  
doque ex laboribus forte ferveret. Hinc non mediocres sustinuit  
dolores quibus purgatum fuisse credimus a Deo ab omni labe  
vitiarum

Parentabat decessori in virtutibus Novitius tunc et domus  
hujus candidatus fr. Gerardus Eligii pangens quod sequitur.

Epicedium in obitu J. Judoci Abigrodii

Conversi domus nostrae Parthenice Bruxellensis Cartusiae.

Judoe, o nostri pars selectissima ceteris  
Cujus erant nivei mores, et lactea verba,  
Paupertas cui deliciae, vigilantia somnus;  
Cui lacrymae dulces pro rectorum saepe fuerunt  
Abundi contemptus pro laudibus, una voluptas  
In precibus pene continuis: cui culcitria lectus  
Duvum, informe toral, vel stragula tuta supellex  
Inque parabilibus victus contemptior escis.  
Iheu quanta in vultu gravitas, et vivida virtus  
In moriente fuit! quam certi signa doloris  
Suggestit Abetanea tibi! flos ille decusque  
Oris, in aeternam migrabat rite precando  
Divinam laudem; jam tunc et in hospite caelo  
Degebas, cum mors nondum divortia vitae  
Hujus et illius fato cogente tulisset.  
Quid memorem speciem mentis, speculumque pudici  
Pectoris haud unquam minima vel labe notatum?  
Abens nive candidior, speculo quoque purior omni  
vita fuit: pretiosa salus mera optima rerum



quas homini novissime datum est; hanc prae omnibus unam  
 Doct. trapezita inventam stipulatus amasti.  
 O fortunatus turbata per aequora mundi  
 cibernator salva rete, et integrante carina  
 sospes ab innumeris fudore erepte periculis!  
 Hinc divino pectus succensus amore  
 sed majore fide tamen obvallatus abibas,  
 cum fugeres etiam puer inter mille procellas  
 jactata patris, nec te remorata fuisset  
 Haerens ulla etiam tunc cum ipse detriseret orbis.  
 Dum vides, aresco ac doleo te cedere fato  
 Nempe sub introitum (oriturum dulcissime) nostrum.  
 tam tarde notus, quid tam cito, iuste, recedis?  
 O dolor! et quis te nobis subtraxit in ipso  
 limine via vultu mihi; via de nomine notum?  
 sed quia sors ita divina tulit, cedamus amarae  
 Morti. Iuste vale, ac caetus memor esto relictis.

fr. Ger. Eligii.

Dicitur D. Gerardus Eligii Radelette patria Durbutensis (quod  
 oppidum est ducatus Luxemburgensis, diocesis vero Leodiensis) ad-  
 lesens 22 circiter annorum litteris humanioribus probe excoltus  
 Ordinem nostrum complexus est 3 Martii suppeditante illi vestes  
 et alias expensas amplissimo Domino de Robiano thesaurario  
 finantiarum, quoniam in obsequio fuerat filii sui ipsius.  
 Quamvis rusticariis progreditus sit parentibus honestis tamen  
 et supra sortem multorum et conditionem patriae, habuitque  
 avunculum Mauritium Offiensem monachum in celeberrima  
 abbacia Stabulensi, contigit summo ipsius bono et indu-  
 stria parochi in Petit-Han pago domini Durbutensi (ubi

1612

proprie habitabat) gymnasium puerorum institueretur. Quapropter  
 iuveni nobiles suos pueros eo relegabant maxime quod Patres Soci-  
 tatis Leodii tunc temporis non docebant infimam classem figu-  
 rarum ubi studuit etiam meus consobrinus Eusebodus de  
 Mosbourg nunc Dominus de Tomal qui fuit pater noster  
 Gerardi Eligi in Confirmatione. Ipse autem non Leodium sed  
 Antuerpiam venit studia prosecuturus cum esset annorum 13,  
 siccis lacrymis vale fecit parentibus lacrymantibus patrem  
 non amplius visurus, in oculo orbis humaniora studia absol-  
 vit, plurimum valuit in arte poetica et versibus componendis  
 qui etiam fuerunt impressi. Postea in servitio eiusdem Lusitani  
 Academia Lovaniensem adiit fuitque clarissimi Pu-  
 leani domesticus, dein Duacum se contulit, ibique Balthassari  
 Robiano innotuit eique famulatus est qui per patrem  
 eum hic promovit, audivit philosophiam sed non fuit pro-  
 motus, unde scribebat: Ad logicam pergo qui mortis non timet  
 ergo.

6 Martii D. Joannes Richardus (de quo superiori anno plu-  
 ra scripsimus) emisit professionem sub V. P. D. Joanne Em-  
 mechorio, aderant R. D. Petrus Vinck ex curione S. Catharinae  
 noviter decanus S. Gudulæ institutus, et D. Philibertus de  
 Mol cartor cui aliquando noster professor inservierat,  
 atque in eius gratiam convivium fuit hic instrui annu-  
 ale, ad quod ex singulis religionibus binos vocare consueve-  
 rat, et aliqui etiam missæ interfuerunt. Hæc professio  
 post defectionem tot Novitiorum post tot annorum curricula  
 nos non parum exilaravit. Habitaverat autem prope  
 collegium P. P. Augustianorum in edibus quas ab ipsis  
 elocaverat ubi alebat commensales juvenes qui scholas die-

tuum Augustianorum frequentabant, illorumque Director  
et pædagogus erat, ex quibus unus A. J. Vicanensis tale dedit  
epigramma ad Admodum V. V. G. P. Bruællanos Contusenses  
ut suis votis roventi suffragentur.

In stella exortive vestra quæ luceat astro

Signa expressa olim sidera sidera:

Sed ne offuscentur, Divis date thura benignis

Nubila diffugiant splendidus aster erit

Chronographicum

Martius ipse dabit cras Nonas, luce hodierna

Ioannes RICHARDVS Dat bona Vota Deo.

Cum esset generoso animo voluit aliquid conferre domui, quam-  
vis parentes tenuioris essent fortunæ, et aliquantulum so-  
rori, quæ ei inservierat provideat. Emit autem egregia volu-  
mina in folio cooperta nigro coreo et aliquantulum deaurata,  
et sibi similia, ex quibus sunt omnia opera D. Hieronymi,  
D. Chrysostomi, et opera D. Thomæ Aquinatis et Ambrosii,  
si fallor facile pro . . . . . pro ecclesia, autem curavit fieri  
aliquot corporalia cum dantellis et insuper dedit crucem  
ex hebero munitam in extremitatibus argenteis laminis,  
cruccifera est pulcherrimus ex eboce quem habebat, ornatum  
solvit Dominus ebol.

Fuit autem dies iste bacchanaliorum, quo supplicio affecta  
fuit muliercula quædam, quæ proprium maritum occiderat  
atque in frustra considerat, ei primum manus abscissa  
fuit et deinde strangulata et cadaver rogo impositum.

Sequens dies erat Cinerum et caput jejunii, quo etiam  
celebrabamus festum D. Thomæ Aquinatis Sacerdotis Doctoris  
noviter noster professor et sacerdos cantavit primam Missam

in conventu cum Collecta pro perseverantia in Ordine, si bene recorder, et hanc habuit convenientiam cum sancto Doctore, quod vir esset non mediocriter doctus in ea potissimum Theologiae parte quae in consultatione de moribus et aliis questionibus conscientiae criticandis versatur.

Cum esset auctus numerus sacerdotum tam ex professis quam ex hospitibus P. Prior cogitavit satisfacere conscientiae suae de cibus hic fundatis, habito tractatu cum senioribus et servato aliquo moderamine, quia aliqua tenuiter fundata erant, in aliquibus etiam ratio foundationis cessare videbatur, quoadque numerus religiosorum augetur, jussit ut scriberentur in chartulis et sacrista per Ordinem singulis sacerdotibus reddendas curaret quod hactenus a restauratione domus neglectum fuerat. Missa pro Carolo V Imperatore redderetur singulis Dominicis diebus ad devotionem sacerdotis cum Collecta Deus cui proprius quoniam ea rudibus antiquae ecclesiae haec nova restaurata est, et supra hebdomadam duce ex aliis prout potui observare. Hoc insuper anno quantum colligere possum, binde Missae de Spiritu Sancto pro electione et confirmatione Magistratus circa Nativitatem S. Joannis Baptistae in conventu cantatae fuerunt, cum sub alio Vicario privato omnes redderentur eo quod dies instituti essent impediti per festum S. Antonii de Padua et vigiliam praedicti sancti. sed ab hoc anno solvimus semper praeveneri.

Jaucis post diebus habitum nostrum suscepit Joannes <sup>Obbergen</sup> ~~Obbergen~~ Bruxellensis contubernalis et discipulus P. Richardi tenuiter litteratus sed cui parentes honesta remedia reliquerant; post undecim exactos menses in Novitiatu P. Prior dimisit eum quod inconstans jam a principio fuisset, recordabatur amara

sua nec omnino saeculo renuntiaverat, eratque satis valetudine imbecilli saepiusque emittebat sanguinem per nares. Tutorum solverunt ipsius expensas, qui Duacum profectus studia sua prosecutus sed irrisiones et scomata studiosorum ferre non sustinens instiluit per epistolas ut rursus reciperetur. Postea Abbatem Minorita factus est cui ordini antequam ad nos veniret addictus erat, ibidemque suis primae inconstantiae non semel penituit. Juvenis adhuc obiit circa annum 1623. Raro bene succedit cum juvenibus qui recipiuntur sub spe alicujus commodi temporalis.

Cella litterae O  
aedificatur.

Post quatuor annos sterilitatis quibus nec aliquis professor fuerat, nec quidquam aedificatum fuerat modernus Prior hoc benignitatis anno peritus addidit se ad res nostras curandas et tanto fervore ut non expectato vere dum adhuc gelaret fuisse jaci fundamenta cellae litterae O notata. Receperat 400 florenos quos in morte legaverat domui Maria Van Wesel Regina. Dederat et honestus civis Juannes Smisman 100 florenos nullo pacto interveniente in elemosynam sub spe tamen quod reciperetur qui dictam cellam inhabitavit. Dedit postea et fenestras prout insignia ipsius testantur, et aliquid forte aliud adjevit pro fabrica interiori. Eodem tempore P. Prior recepit 100 florenos (si non plures) a quodam licentiate hispano, qui hanc ecclesiam frequentabat, ex testamento ejusdem juvenis pro Missis celebrandis, ad quas pro rata pecunia nos non obligavit. Sed ut propensius haberemus eum recommen- datum in nostris precibus, cantata fuit in conventu ebissa, et P. Prior officiales plus oneravit quam ceteros monachos. Insuper P. Prior Lovaniensis, D. Joannes Baptistae Danielis dedit arbores quas dolavit fr. Abraham Conversus ibidem cum aliis, sed cum accepisset mensuram ex vicina cella, novae quam P. Prior minorem et angustiore fecerat, non convenerunt, hinc

accessivi debuit Carpentarius Magister Philippus ..... qui ad hunc annum 1631 nobis inseruit, ut ligna abbreviaret atque novo edificio aptaret. Obiit circa annum 1646.

Capitulum generale celebratum 21 Maii in Cartusia quamvis majori ex parte combusta, ad quod iit D. Gisbertus Baucusius Prior Brugensis et Convisitator.

Obiunt 60 monachi, 31 Conversi, 2 Moniales, 11 donati; personæ 103.

In domo Montiskilaris pene undecim, S. Prior et Procurator ex his ut destinandum est.

Habetur ibidem sorore Maria de la Cloye Monialis professa domus de Gosney, quæ ultra 70 annos laudabiliter vixit in Ordine habens abbatiam de B. Maria in provinciis Picardie et Beuthonie.

De ejus Nepte hanc narrationem grate accipe, benevole lector.

Gratias agebat Deo S. Hieronymus quod ex amaro semine litterarum dulces carperet fructus, et post alphabetum quod sub nocturno præceptore didicerat senex laboris sui perciperet in flexu ultimo vitæ suæ exaggerata præmia, si magnis parva componere licet, dem fecisse tyrannulam Christi ferunt in dicta Parthenia domo. Erat illa secundum natales suos affinis subpriorissæ Marice Cloye prædictæ, juvenis adhuc, et ideo invidiosa in iis quæ chori sunt et Ordinis. Ut autem ruditatem vocis vinceret et erudiretur in cantu, nullis cedebat difficultatibus vel parebat laboribus sed quæ privatim, quæ publice frequentabat cantus disciplinam, adeo ut et Homiliaria et Antiphonaria fere semper in hospitali suo privatim in recedamentum perpetuum haberet suæ lectionis; sed nec cura, nec conatus proficiebat et quicquid demum disceret faillime elabebatur, ut ergo manifestum fieret omnibus nullum hujus

vita laborem pro Deo susceptum frustraneum esse, Dei voluntate post excessum suum e vita multis apparuit in choro sedens in hemicyclo suo codicem auratum manu tenens et per mira vocum discrimina non jam amplius ut rudimentaria, sed ut docta psalteria psallens.

Juvenissimus Princeps ac Dominus Vincentius Gonzaga Mantuae et montis Ferrati Dux mense Martio mortuus et habuit abbatem et Domina per totum Ordinem. Succedit Franciscus filius, qui anno eodem die 22 Decembris diem clausit extremum, relicta uxore gravida, quae filiam posthumam belli postea causam peperit. Francisco in Ducatu utroque successit frater Ferdinandus tunc S. R. E. Cardinalis inter quem et Carolum Immanuellem Sabaudiae Ducem postea bellum fuit Philippo III rege catholico stante pro Mantuano.

Obiit et spectabilis vir D. Adamus Beck consilii civitatis et Ill<sup>mi</sup> Principis Juliacensis quae sitor singularis benefactor domus Compassionis B. Mariae in Caritativo; Nobilis Joannes Le Voyer consiliarius Parisiensis magnus Ordinis amicus et domus Vallis Viridis singularis benefactor.

Non est aliquid singulare in ordinatione Provinciae, D. Everardus Vucalin missus est ad domum S. Audomari, et ex ea domo senex alius Leodium venit.

#### Ordinatio.

Capitulum generale liberalitatem plurimarum domorum et Provinciarum Ordinis spontanea exhibitam matrici nostrae Cartusiae pro sua subventionem et restaurationem ab incendio grato et benivolo animo excipiens et plurimum commendans, ceteras quoque quae necesse contribuerunt pro posse hortatur eandem largitatem amulari, manusque adflictas

reparationi ejusdem porrigere juxta ejusque facultatem et filialem affectum erga communem matrem. — Cassa 35 v.

Nicolaus Smismann filius civis Bruxellensis, ejus supra feci mentionem, vix octavarum decimum annum attigerat sed corpore satis procerus et robustus apparebat, et humanioribus litteris praepolitus Christum in Ordine nostro secutus est permotus actione quadam exhibita per studiosos Patrum Societatis Jesu de conversione S. Bruno- nis quae multis etiam aliis placuit, ut iterato eam exhibere debuerint. 28 Junii nostrum habitum monachalem suscepit et pater praebebat cum P. Priore in refectorio. De hoc adolescente duo memoranda veniunt; prius quod cum captus esset pedibus de nativitate puer quinque vel sex annorum curatus fuerit per intercessionem et merita B. Virginis Aspircollensis, alterum quod natus sit septimus filius, et ideo strumas sive scrofulas ante et post ingressum Ordinis solo contactu saepius curavit.

Hoc pariter anno P. Prior brassatorium juxta equorum stabulum ab ipsis fundamentis restaurari curavit.

Item ejusdem cura domus quadam Anderlaci juxta paludem restaurari coepit, sed sequenti anno perfecta.

Hoc quoque anno perfecta est ecclesia Monialium Brugis, quae propterea demolitae sunt integras easque vetustissimas et magnificas domos usque ad fundamenta, nam ea passim relicta ut super ea edificaretur secundum consilium P. Visitoris Emmechorii. Vix fuit qui contribueret praeter quemdam bonum civem Brugensem Franciscum Vanden Bosch, qui de suo contulit tria millia aureorum curamque fabricae in se suscepit. Unde Moniales consilio habito praedia et praecipua quae- que oppignarunt usque ad capitale 24 millium florenorum.

Hoc anno 1612, 13 Junii, obiit Ill<sup>mus</sup> D. Carolus de Croÿ Dux Ar- chotanus, amicus et benefactor Carthusianorum Lovaniensium.



Generales Religio- sed postea & economia D. Melchioris Procuratoris redempta sunt omnia  
 Caputuli generalis qua oppignorata fuerunt. Erat tunc Priorissa Catharina Anchemans  
 mutare possunt  
 conventus de locis & praecipua familia nobilitatis Brugensis, eratque capitulum vel  
 non sanis ad sani-  
 ores sine licentia arunculus praeses in Consilio Flandriae, qui illis praesidio fuit ut  
 episcopi idque vigore  
 privilegii concessi retinerent locum quem elegerant in umbilico urbis reclamante pene  
 dicto & Generali S. Bone  
 dicti quod etiam tota civitate, qui tamen illis undique angustias facit. Opposuit  
 concesserat textus IV.

Nec obstat Eviden- se etiam episcopus quod sine sua licentia curis ignara ecclesiam  
 kinum. Ipsum et  
 requirit episcopi edificarent sed agritus facilis fuit ad placandum.  
 in nova fundatione  
 non in translatio. De Moniali eiusdem domus Annae Maekers hic inseram quae scrip-  
 ne (Ubiranda, T. IV,  
 9. 33, art. 2.)

sit D. Gerardus Eligii qui fuit ibidem confessarius, quorum precise  
 annum ignoro, haec habentur. Quam constantis fidei (fuit) virgo  
 tridecennis, quae nostra memoria nuper varie tentata fortiter  
 perstitit in proposito religiosae mentis. Haec dum forte flantibus Ete-  
 siis secundo mari stantibus adhuc Inducis ex Zelandia venisset  
 ad urbis Encania subito divinitus inspirata dixit se nolle cum  
 suis redire, quam mater primo minis et terroribus mox quoque  
 armatis pueribus conata est ab hoc proposito revocare, sed sermone  
 casso. Regressa domum furens sicut ursae raptis catulis extimulan-  
 te gravissimo dolore relictae proles, causa est mulier. Curiam Co-  
 mitis Chauritii sola irumpere, apud quem gravissime conque-  
 ritive per vim puellam detineri, nec ullo modo posse liberari,  
 nisi Princeps auctoritatem suam interponat. Motus ille impla-  
 cabili luctu mulieris dat litteras ad senatum Brugensem, qui-  
 bus arguit de vi vel fraude puellae adhibita. Senatus, lectis lit-  
 teris, veritus ne quid propter indignationem hominis orire-  
 tur quaeestionis, statuit diem in quo utraque pars ex aequo  
 audiretur. Jamque dies stata aderat, conveniunt haec cum  
 necessariis amicis, illi etiam cum fratribus et iis qui poterant  
 ad objecta respondere. Queritur num aliquis eam vi, vel  
 blanditiis induserit ad fidem, omnes qui pro ea stabant,

negant constantem aliquid tale se attentasse, Contra mater et suggestores iniqui reclamant, adduntque dementatam puellam eorum fascinationibus, cumque acerrime contenderent coram senatu tandem post pugnam verborum puella iubetur pro se loqui. Cum illa: Si scies et tu, inquit, mater, quid sit quod me compellat ad fidem compessendam, forsitan ipsa prior ad id me hortaberis, vel certe nunquam prohiberes. Ego enim frequenter usque ad mortem coangustor donec fiat. Urgebatur enim spectris et fatigabatur isdem interdum usque ad mortem, prout postea nobis retulit adeo ut non nisi per exorcismos baptismi liberari potuerit unquam. sed ad invocationem tremendi nominis Dei, et ad recitationem terribilium istorum verborum quae solent ante baptismum praemitti sensit se non imaginarie, sed vere ab injusto possessore suo originali liberatam, et ut eternam memoriam conservaret istius beneficii quod per Christum nobis in aqua condonatur, inter verba sacerdotis cecidit aliquoties, quasi semianimis hoc agente demone, qui compellebatur esse, sed haec per transennam. Illa itaque jussa breviter ad interrogata respondere, cum cogeretur edicere num vi vel voluntate propria fuisset inducta ad fidem, respondit se motu proprio, nullo cogente, fidem amplecti. Hoc responso mater quasi faucibus confossa, doloris impatiens confugit ad antea sua, et jam non minas aut terrores, sed aliquid praegnantius invenit. Cum enim videt argumenta defecisse, verba et voces insuper in fumum abiisse, nec fas esse deinceps ad alios iudices appellare tum revulsa veste (mulier oblita omnis decori tantum matrem se noverat) nudum pectus ostendit et ubera, secundum illud: harnice nudaverunt mammam, mox cum ingenti epulata: Cum me hac vicissitudine claritatis nec dignam ducis nec dignam cum qua redeas, inquit? Oper-

tet ut tecum vehementius argam: hec, inquit, pectus et ubera quibus te  
 alui, et quæ susisti, per hæc te adjuvo, et per communem defuncti  
 patris amorem, et meum quo te ab utero dilexi, miserere mei.  
 Cum rursus vehementius in lachrymas et gemitus effusa deprecar-  
 batur uti se non desereret. Confundebantur arbitri et taciti crubes-  
 cebant ad insolitum hunc agendi modum. Mulier ex hoc ani-  
 plius invalescens (erat autem de fermento anabaptistarum ingenio-  
 sa et docta, solita per solidas horas quinque cum hæc ipsa puella  
 conventibus et concionibus sua sectæ, et quidem sine tædio inter-  
 esse) aderat instabat vultui puellæ pro ratione jam utens oratione  
 vel epilogo potius orationis, in quo secundum Ciceronem affecti-  
 bus uti oportet; et, sicut ipse gloriatur se fecisse, effundere te-  
 nebras iudicibus. Jamque res incaluerat, jam in præsentissimum  
 periculum devenerat, ac actum erat procul dubio de anima  
 et de salute illius æterna nisi Deus intervenisset. Nam com-  
 memoracione dulcissimi parentis defuncti, quo se destitutam  
 causabatur ante tempus, nudum pectus et vox bestie sua verba  
 blaterantis. Sicut dicebat ille de Demosthene cuius vox viva pene-  
 trabilior quam mortua vel lecta fuisset magnam vim  
 habebant ad persuadendum, et forte potuit persuasisse,  
 nisi Deus, ut dixi, intervenisset. Sed Deus adfuit et interjectæ  
 nubis effecit, ut nec hæc matrem videret, nec mater prolem  
 objecta pectoris perstringeret. Aderant fratres puellæ, quorum  
 unus per summum nefas, ut tanto magis cogeret aut  
 persuaderet illi post susceptum baptismum reditum; sus-  
 cepit et ipse baptismum, verum cum nec sic persuasisset,  
 rediit ad ingenium, et ut non obscurum esset quadam  
 seseta fœna publicæ cepit devorare carnes, et porro rever-  
 sus est canis ad vomitum, sus (mater ad volutabrum suum,  
 hæc adhæsit Domino, cui nunc et esse voto virgo servit inau-

guratata et coronata in Cartusia Parthenia anno 1623 die Visitationis B. Virginis cum aliis tribus. Quo die quatuor alide similiter coronata fuerunt in Domo Gosnay.

Obitus D. Antonii  
Abolindae scriptoris  
celeberrimi.

21 Septembris V. P. D. Antonius Abolinda ex eremita Augustiano professor Cartusiae de Abiraflones non sine opinione sanctitatis vita muneribus defungitur. Hic scriptor sui temporis celeberrimus, qui quinque egregios libros uno volumine comprehensos de Instructione sacerdotum divino quodam afflatu composuit et tanto omnium applausu conceptos ut septies excusi fuerint in Hispaniis, nec quidam episcopi quemquam ad sacros ordines promovent qui non habeat dictam instructionem. R<sup>m</sup>us D. Jacobus Boonen cum esset episcopus Gandensis omnibus a se ordinandis (quia ibi pauciores erant) gratis dare solebat. Hispanice scripsit, sed in alias linguas statim translata fuit; scripsit etque magnam volumen de oratione, et alia opuscula: dum offerretur tota cella epus suppellex direpta fuit devotionis ergo, et reliquiarum loco. Habuit plenum monachatum per totum Ordinem.

S. Alberti episcopi  
translatio.

S. Alberti Leodiensis episcopi et martyris corpus Remis (ubi pro defensione libertatis Ecclesiae anno 1142 obitus fuerat) elevatum per Mechliorem Demuravum episcopum Briocensem Ludovici a Lotharingia archiepiscopi Remensis jussu posttridie Calendas Novembris. Inde magno comitatu in Belgicam ac demum Bruxellas translatum divum sibi cognominem sanguineque punctum in Carmelitarum virginum discalceatarum cenobium Albertus pius Belgarum Princeps anno eodem 11 Decembris suis ipse humeris investit, Guidone Bentivolo tunc internuntio Apostolico nunc S. R. E. Cardinali, Matthia Hovio Mechliniensi, Joanne Riccardoto Cameracensi archiepiscopis, Alphonso Requesensio Rosonensi in Dalmatia episcopo, abbatibus plurimis et caetera proceribus universis

comitantibus. Fuit is Godefridi III Lotharingice Brabanticaeque Ducis ex Margaritha Limburgica filius.

Anno proxime sequenti indulgit Paulus V ut Brussellenses et Remenses de s. Alberto tanquam Pontifice Martyre officium ecclesiasticum recitent diplomate dato quod tale est:

Paulus V papa, ad perpetuam rei memoriam.

Regis aeterni, qui servos probatos in tentatione immarcessibili aeternae gloriae corona donat in caelis, vices quamquam immeriti, gerentes in terris, ex injuncto nobis officii debito procurare tenemur, ut eorundem servorum Christi honos et veneratio in terris quoque in dies magis promoveatur; deque fidelium praesertim vero catholicorum Principum votis, quae peculiarem erga illos cultum respiciunt libenter annuimus, prout in Christo conspicimus expedire. Sane nomine dilecti filii Nobis viri Alberti archiducis Austriae et Belgicarum provinciarum Principis nobis nuper expositum fuit, quod ipse ex singulari quem erga Sancti Christi Martyrem Albertum episcopum Leodiensem S. R. E. Cardinalem gerit devotionis affectum, quos corpus ab ecclesia Remensi, in qua per 400 annos requievit ad ecclesiam monasterii Monialium Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo discalceatarum nuncupatarum in oppido Brussellensi Mechliniensis Diocesis nuper a se edificati et dotati cum solenni processione rite et canonice transferri curavit, et ad augendum Christi fidelium erga dictum Sanctum devotionem in omnibus ecclesiis tam secularibus quam regularibus dicti oppidi Brussellensis nec non in ecclesia Remensi praefata officium et Missam solemniter de eodem Sancto recitari posse plurimum desiderat. Quare nobis humiliter supplicari fecit, ut ejus votis imprimis

annuere, aliasque desuper opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur dicti Alberti archiducis et Principis laudabile ejusmodi desiderium plurimum in Christo commendantes, ipsiunq[ue] Albertum archiducem et Principem specialibus favoribus et gratis prosequi volentes, e a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet inodatus existit ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris ritibus prepositorum consilio quod in posterum perpetuis futuris temporibus in omnibus dicti oppidi Bruscellensis secularibus et regularibus ecclesiis nec non in ecclesia Lemensi prefata in die Natali S. Alberti hujusmodi videlicet 21 Novembris, in die vero translationis eisdem in ecclesia solum Monialium Carmelitarum discalceatarum prefatarum dicti oppidi Missa et officium de S. Alberto sicut de Communi unius Martyris Pontificis celebrari solet juxta missalis et Breviarii Romani regulas et rubricas, celebrari possit Apostolica auctoritate tenore presentium licentiam et facultatem perpetuo concedimus et impartimur. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis nec non ecclesiarum et Ordinis hujusmodi etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Majoram sub annulo Piscatoris, die 11 Augusti 1613, Pontificatus nostri 9.

J. Cobellatius.

Circa hoc tempus P. Immechoven vendidit Benedicto villaco nostro in Schuet portunculam hereditatis ibidem vicinam quod esset nimis oppignarata censibus annuis præcipue canonico Brevlotio; ibi postea villicus ædificavit seu extruxit domum suam.

Habitavit in hac domo quidam juvenis Ultrajectinus nobilis Jacobus Nivelle aliquandiu, quod P. Prior ab epus amicis et parentibus aliquem favorem consecutus fuisset.

Hoc vel elapso anno circa finem ætatis venit ex Hispaniis frater defuncti (hoc anno 1612 Præge) Comitiss de Sobre qui erat præfectus stâllitii regii ac ex dote uxoris quam ibidem duxit, Marchio de Falces. Hic accersivit P. Priorem, quod epus frater hanc domum frequentasset, et sibi familiarem reddidit, ac voluit ut secum proficisceretur ad Montem Acutum, hospitatus est in Cartusia Lovaniensi (excepto comitatu) nostrum quoque sacellum visitavit deditque B. Virgini togam ecclesiasticam, atque duas parvas coronas argenteas, nescio an etiam velum. Loquebatur non nobis tantum sed et aliis Cartusianis in Gallo-Belgia de fundatione aliqua facienda quam non puto præstitisse.

Anno 1613 D. Erasmus Knibbe (qui in professione Vincentius vocatus est) annum ægens vigesimum secundum juvenis ingeniosus et affabilis postquam Lovanii aliquantulum Philosophicæ operam dedisset, ex turbulentis hujus sæculi fluctibus ad nostram Religionis portum appulsus est atque in cellatus 22 Januarii. Fuerat ad osculum receptus in festo trium regum absente Priore sed ex mandato ipsius per P. Vicarium. Multis mensibus institit pro loco, et contra spem in spem credidit religiosis præcipue eum exhortantibus ad perseverantiam. Quoniam una cella absoldebatur

habuit directorem D. Ricardum virum doctum et prudentem. Erant tunc temporis quatuor Novitii præter duos laicos, sed Brusellensis alter juvenis Oberghe brevi abiit vias suas.

20 februarii obiit Reverendus Dominus Philippus a Kamberghen 19 annis abbas Grimbergensis, qui per seclenas fuit commendatus scedula (quam brevium vocant) prima omnium typis expressa.

D. Gerardus Illigi probatus fidelis inventus est atque 3 Martii professionem emisit. Conversi, qui cum ipso restitutos fuerat, professio delata fuit ad aliquot menses.

Hoc anno, ni fallor, circa Pascha quidam furati sunt paxidam argentearum cum sacris hostiis apud Carmelitas discalectos, sed postea divina providentia reperti meritis poenas dederunt per ignem consumpti in fero mense Julio.

Capitulum generale celebratum in Cartusia 6 Maii et seq. ad quod P. Prior D. Immeckoren ascendit et abdicavit se officio visitatoris principalis ad quod munus promovit D. Jacobum Densy Priorem domus Gandensis juvenem adhue sed supra omnes comprovinciales bonis litteris excoltum.

Reperiuntur in hac carta decem Priores qui acta præsidebant, obisse, quibus computatis sunt 56 monachi, 19 conversi, 2 moniales, 87 persone.

Judocus Lorichius, scriptor.

Inter quos est D. Judocus Lorichius theologus et professor in Academia Friburgensi, professor Cartuside ibidem ad quam accessit jam fere totus decrepitus. Edidit thesaurum sacre theologiae magnum volumen in cuius initio continetur catalogus aliorum librorum quos secularis in lucem edidit.

Item D. Robertus Darbisserus quondam Prior Schenæ Anglorum theoblinicæ exulantium cui P. Havensius dedicavit Martyrium Anglorum, consulat lector epistolam dedicatorem, eratque



vir honorabilis, sed accedente humilitione et a Prioratu absolute familiaribus infirmitatibus succubuit.

In ordinatione Provinciae nihil fere singulare occurrit nisi quod aliqui officiales qui ultra annum fuerant per Patres Visitatores instituti, sint confirmati, nam hoc omissum fuerat in ultima carta quia P. Visitator non interfuerat Capitulo et novus erat Convisitator et propterea inexpertus in illa re. Sic volebant dicti officiales ultra suum officium exercere et quasi de novo institui debuerunt, et hinc sumpta forte est occasio alium Visitatorem eligendi.

Fuerunt autem hi D. Petrus Lamberch Procurator domus Capelle; D. Arnoldus Kegel Procurator Sylve S. Martini, erat et Theodorus a fine Vicarius domus Gandavi qui non est confirmatus et forte jam per Priorem absolute cum quo fuit lis: de novo D. Arnoldus Gaethorius professor domus hinc factus est Procurator Diestensis, et D. Joannes Francisci professor Lovanii Vicarius Sylve S. Martini.

Visitentur domus Visitorum per P. Priorem domus Coloniaensis cum socio assumpto cum plena autoritate Capituli generalis, qui tamen non venit ad hanc Provinciam, quae res praebuit causam instabilitatis praedicto Theodoro qui praesumpsit Coloniame ire accessitum dictum Priorem qui occupationes causatus dixit se non posse venire; similiter nostri Visitatores post aliquot annos fuerunt deputati ad dictam domum Coloniaensem visitandam, qui non iverunt quamvis P. Visitator Denys maxime cuperet, tantam civitatem lustrandi ergo, sed peculiare mandatum R. Patris non accepit, nescio quae sit praesens aut forma.

#### Ordinationes

Ordinamus ut quicumque ad Cartusiam Romanam sine licentia inordinate accesserint non recipiantur nisi ad carceres

cap. 29, n. 34 11<sup>a</sup> Part. ad formam Statutorum nec inde educantur inconsulto

R. Patre. Et ut ejusdem Carthusiæ Romanæ indemnitati prospiciatur præcipimus ut expensæ et alimenta et viatica a domo professionis fugitivorum refundantur eidem Carthusiæ Romanæ et præsentis decreti executionem Visitatoribus Provinciarum committimus

Professio D. Nicolai Smisman nonnihil delata fuit in diem undecimum mensis Augusti propter absentiam P. Prioris; eodem die professus est fr. Andreas Moren Conversus et Joannes Pater noster fecit promissionem in statu Donati. Hi duo postremi a tertio partito absolverant annuam probationem, sed P. Prior per aliquot menses voluit adhuc eos probare et mortificare nonnullis indignantibus, Frater Andreas ex honestis admodum civibus prognatus ex bonis sibi relatis a parentibus contulit domui annuum redditum 12 florenorum deditque ecclesiæ duo instrumenta pacis argentea deaurata quibus utimur in solemnitatibus et tabernaculum pro B. Virgine in schect convivium habitum in ipsa solemnitate Nativitatis B. Virginis, ni fallor, quia ipso die professionis non poterat.

Ex parte D. Smisman conventus liberaliter tractatus fuit sed extrema gaudia luctus occupat, nam sequenti die pater ipsius quasi subito ex hac vita migravit circa meridiem esse accessione febrium, quamvis decubuerat aliquot menses ex apostemate in cervice nato. Unde in principio morbi cum timeremus vitæ ejus, filius ejus minime quod haberet se et alium filium in monasterio qui pro longiori ejus vita Deum deprecarentur quod forte nimis fidenter dictum fuit, nam ab eo die nunquam amplius in hoc mundo vidit sicut ipsemet fassus est quamdiu vixit habuimus in fesso L Nicolai pintam vini, nihil amplius quam quod pater dedit pro cella.

Hic fuit primus nuntius mortis patris sui, nam audiens campanam S. Joannis Baptistae quae pro mortuis solet pulsari venit ad culinam et dixit patri suo seniori patrem obiisse cum adhuc nullus ex domo ad monasterium venisset.

Supradicto die undecimo Augusti quando celebratur festum S. Gaugerici facta concessit ejusdem ecclesiae Capellanus de Petrus a laue, qui legavit huic domui 4 florenos annue in gratiam nepotis sui D. Joannis Broeyeri qui tunc erat Vicarius.

Item circa hoc tempus D. Joannes Becker antiquus pastor in Anderlecht adhuc in vivis existens dedit semel 50 florenos gratitudinis ergo quia humanioribus litteris imbutus fuerat in gymnasio nostro Schutensi.

Cella littera O  
aedificatur, ter-  
tia a fine ambi-  
tus septentriona-  
lis

P. Prior pervenit hoc anno aedificare, et sua economia cellam littera O notatam perfecit quoad exteriora cum parte ambitus et multam terram curavit advehi ad elevandum hortum et ambitum, fratre Hervenico hortulano rem graviter gerente, et altos puteos fodiendo ut meliorem terram superfaceret, et, ni fallor, fuerunt hoc anno arbores plantatae in Adventu et postea eradicatae ab ipsomet Hortulano pro magna parte.

3 Septembris incho-  
atus est fluvius  
Gandavi versus  
Brugas.

Quantum ad exteriora patriae gesta: In Flandria a Gandavo Brugam versus, et a Brugis versus Ostendam, fit novus aqueductus mercibus ex Oceano in Brabantiam advehendis neglecta Zelandia. Quod opus vere Romanum aliquot millionibus constitit, et anno 1621 usque ad paludes Ostendae vicinas reductum fuit magno Flandriae commodo.

Circa festum S. Brunonis venit hic hospitatum D. Hubertus Facompert professor domus Sylvae -ducensis, qui postquam semestri aut nonnullo amplius Cornaci commoratus fuisset et coram parentibus celebrasset primitias suas statim a P. Priore

revocatus fuit, cum quo destinabat tandem Sylvam-ducis ire. Optimus cantor erat quo officio functus fuit et nostros aliquantulum erudit in cantu.

Rodericus Calderonius Marchio VII ecclesiarum nunc tunc gratiosus apud Philippum III regem catholicum et Ducem Lermicum venit in Belgium, et hospitatus est apud Marchionem Spinolam, cui nostri officiales supplicabant pro edificatione unius cellæ et nunc Calderonio quoque suppliciant ut saltem hi duo considerarentur, in caritate una nobis præstandi, legit libellum a D. Procuratore porrectum et respondit se non tam multa posse sed tamen aliquid velle dare insinuare videbatur. Venit igitur in vigilia Omnium Sanctorum ad nostram ecclesiam et tenuit suam devotionem, petitque P. Priori confiteri, quod ille sibi licentiam desse recte respondit, adiebat præterea apud nos linguam hispanicam non satis calere, et magnos dominos magna peccata solere habere ut postea patuit, qui de multis criminibus fuit accusatus, convictus et plexus dicebat in Hispaniis solere apud nostros confiteri, et superius dixi ex nostro Ordine quandoque confessarium petisse, tandem suo sacellano qui erat religiosus crucifer sua pila denudavit, P. Priori mille annos illi precatus vias suas abiit, multis dicebatur exultis muneribus a Belgis et quosdam captivos pro debitis data pecunia Antwerpice (unde, ni fallor erundus) liberavit.

Anno 1613 Durandus civis oppidi Desabadel in Cosetania conflictatus diutissime cum morbo, et a medicis denique depositus, post fusas ad varios calites in cassum preses, quod aliunde auxilium et divina voluntas providisset, ad extremum religiosam vitam Cartusianorum in vicinia ad Monasterium Hilarem degentium recordatus B. Brunonem, cuius nomen inaudierat sum-

quam sub confusa nuncupatione sancti Institutoris tam sancti Ordinis interpellavit humillime, sanitatem sibi apprecians per ejus merita et suffragia. Nec mora, vigilantem et bene sibi compoti videntem se objecit S. Bruno, et levi aegri contactu illico restituit sanitati clam omnibus. Aeger jam persanatus advocatis famulis restes ad procedendum deposuit, illi supremos fatiscentis pro morbo naturae visus interpretati ad medicos convolant, contestante Durando non esse opus valentibus medico: se a sancto Carthusianorum Parente quem conspexisset, sanitatis beneficium exorare. Delatam S. Patris imaginem specie externa et habitu, belle respondere objectae viri sancti formae, confirmavit et in multas gratias erga S. Brunonem effusus, aliis ut pro se idem praeflarent supplicia accedit, nunquam satius laudandi evergetae sui, cui sacellum de suo ore construxit, et ut apud omnes esset celeberrimus studiose satagit.

22 Januarii anno 1614 emisit professionem D. Vincentius Knibbe. Optasset vocari Franciscus, sed P. Prior dedit illi nomen sancti illius diei Vincentii quoniam etiam difficultates omnes tentationesque oroiatus probe vicisset. Parentes liberaliter et libenter et saepius tractarunt conventum, et non sine ratione fiunt ordinationes et haeae convivorum et convivarum quia quamvis aliqui tenuiores volunt facere minus quam ditiores, cupis valetudo incipiat tentari et minui dedit 50 florenos, et ejus avunculus D. Philippus Sadart decanus S. Pharildis in S. Nicolao Gandavi 100 et vitream fenestram in ambitu.

Post mensem 22 februarii in cathedra S. Petri solemnem admodum professionem habuerunt Lyraei Cartu-

siani; Domini scilicet Petri Daems qui præterito anno summa omnium admiratione et fama cartusianum susceperat habitum, nam um esset filius ditissimi et opulentissimi civis et mercatoris Antuerpiensis, ac liberaliter et secundum sæculum educatus et sui juris effectus, qui 24 excesserat annum et jam uxorem ducturus putabatur etiam a maxime propinquis prout frater epus in carmine testatur, subiecit se iugo religionis, humanioribus litteris probe excoltus est ac ingenio valet maxime in arte poetica. Calam piscem se in reti suo habere multum gaudebat P. Prior Guilielmus qui satis strenue intendebat domum promovere et contentum personis augere, jam receperat D. Arnoldum Guethovium, D. Joannem Oppers qui fuerunt Procuratores, D. Nicolaum Contorranensem suum, et nunc hunc D. P. Daems et septem alios post ipsum, Benefecit domui et contulit.

Sed hæc singularis professio non debebat sine singularitate perturbare. Voluit cum professione primitias celebrare quasi non vellet amplius sæculum videre. Parentes obtinuerunt breve a Nuntio ut posset una septimana tres ordines suscipere quos illi episcopus Antuerpiensis satis scrupulose contulit ante professionem et secundo die professionis primitias cantamus.

Reverendo in Christo Patri D. Petro Daems novo in Lyrana  
Cartusia monacho et sacerdoti nominis sui  
Christianissimi nativæ et monasticæ acrostichis  
pænetica pro litterarum numero majorum exemplis illustrata  
Turba salutantum Petrus Daems Cartusianus  
Acclamat; cupida dulcis in aure sonus  
Appellat Petrum Baptisma, Antuerpia nomen  
Idem patrum, votum Cartusiana domus.

Clerici regulares qui ante professionem factam ad sacros Ordines promoventur, ipso facto suspensi sunt, et ita ordinum susceptorum actus exercendo fiunt irregulares. Ita Pius V in extravag. quæ incipit Rom. Pont. publicata 30 Octobris 1568. sed hic D. Petrus Daems promotus fuit sub titulo Patrimonii et verisimile est.

Fortunate nimis, strepitu cui consonat una  
Christi, naturæ, complacitique decus.

Carmen iambicum tetrametrum catalecticum

Professio

Petrus pius Colonice contentiore cura

Parens domi, regnans domi, Provincieque rector

Per octo lustra quæsit fuit Deo reperto

Promitto per encomium, votum profecto produci

Mundatio conscientie

Elysiarius pater patrum mordace vestimento

Argentibus jejuniis, oratione crebra

Lascivientis sanguinis refrigerans medullas,

Mundare daemns sensum docet: scrutanda quo superna

Caritas fraterna

Theodoricus Laheerius celebrior Brabantus

Exercitus laboribus, virtutis eruditæ

Utique germanum Deo junxit sui sequela:

Natura fratres quos dedit Christo gemello: offer

Observantia regularis

Riferius alti spiritus, vitæque singularis

Pudens stylo monasticas fecundiore leges

Illucidavit, edidit, sæclis tulit futuris.

Aquis statutum moribus sanctis sequi docet

Oppositio naturæ

Vincentius dum pertulit hucæ colonus mundæ

Nassovii satellitum crudelium furorem,

Sortem necis quam plurimæ, suavissimos dolores:

Nos demulare, clamitat: durat fides in æst

## Oratio pro proximis

S tephanus episcopus potens miraculis, et ore  
 Peccantibus dum praedicat, verbis non acquiescunt  
 Reducit orco spiritus vultu nigro timendos.  
 Praeterea penitentie tu nuntia scelesti S

## Perfectionis emulatio

D ionysius Richelius, vir extasis suorum  
 Oret, legat, scribat, regat, fefunet, excubetque  
 Nullus praevit, nullus subit nusquam parem faketur:  
 Accede quantum praevales est incliptum conar I

## Efficax oratio

A nthelmus inter praesules dignissimus coceros  
 Custos sui, custos gregis, pax schismatis suborti  
 Efflagitans cum lacrymis servat, regit, resarcit:  
 Exemplar augustum tenes, apud Deum peror A

## Mundi contemptus

E rasmus et Germania gentis comes superbae  
 Penes Ubios primarii gravis cleri sacerdos  
 Caduca spernit, abditam laudem volens domumque  
 Cedens bonis et gloriae nunc Daems Jo da carne N

## Benedictio superioris

M artinus undenus, vigil propaginis monarcha  
 Brunonia, silentii, silvaticae latrice  
 Auctoritate maxima tutos fecit clientes  
 Agonis ultimi memor, fide hujus apprecat V

## Martyrium

S ebastianus regiam Britannicam perosus  
 Coelestium famelicus se condidit londoni  
 Invisceratum carnifex in os ei cor egit  
 Ad martyrium certaminis consortium vocari S



Anagramma cum Chronographico  
 Hieronymo numero Petrus Daems cartusianus  
 Cantorum, ut litteris, indole notis erit  
 Si re ut sperem Das Brunonis amaveris actus:  
 Junctum cum sanctis nomen et omnes herbes;  
 IIIe Septi relobas Celebrati XorDia regni  
 AKPTLLO XCVVIT LVX hoDIerna tVo.

## Distichum relativum

Daems, flamen monachus, peccamina, numina, vota;  
 Plango, colo, juro: corde cruore, fide.

Cella quae signatur littera M inchoavit littera M et usque ad tabulatum primum perduxit successorii  
 Pater Prior Immechovien~~sis~~ hoc vere inchoavit cellam notatam  
 suo perficiendam relinquens.

2 Aprilis obiit Ill<sup>mus</sup> D. D. Henricus de Abommonecy Comestabilis Franciae, singularis amicus Ordinis et fautor; habuit plenum Abbatatum. Eius autem officium vocavit ad annum usque 1621, quo is honor a Ludovico XIII rege delatus est Lupino.

Capitulum generale celebratum est 28 Aprilis ad quod profectus est P. Densy Prior Gandavi et Visitator pro prima vice.

Obierunt {2 monachi, 32 conversi, } Abbatiales, 6 Donati: 95 personae.

Cornelius de Groot scriptor professor S. Sophie. Inter quos D. Cornelius de Groot professor et senior Dominus S. Sophie, alias Prior domus Campensis qui 67 annis laudabiliter vixit in Ordine, reliquit scriptos pulchro caractere sermones de tempore et de sanctis, item Martyrologium. Obiit ultima februarii.

Et fr. Guillelmus de Puy<sup>s</sup> conversus professor domus Fontis B. Mariae qui hanc domum sepius adivit propter negotia domus suae tempore Patris Leonis et habuit Abbatem de B. Mariae per totum Ordinem et instruxit fratrem nostrum

Hericium Conversum quoniam Francus erat natione.

Soror Claudia de Benseven professa et alias Priorissa domus Prati  
mollis quae ultra 70 annos vivit in Ordine.

R<sup>mus</sup> D. D. Antonius Gaillard episcopus Viensis benefactor domus  
Scala Dei.

Venerabilis D. Desiderius Jacob sacerdos et canonicus ecclesiae Vidu-  
nensis magnus benefactor Maporis Cantuside.

Consultissimus D. Joannes Hericus Jobelius Praetor civitatis Bre-  
verensis amicus et fautor Cantuside ibidem.

Clarissimus et nobilis vir D. Joannes Claudius de la Roche Consi-  
liarius Ducis Sabaudiae et praeses Computarium Camberii, magnus  
et singularis amicus ordinis; habuit plenum Monachatum.

D. Joannes ab Immechoven  
absolvitur a Prioratu hujus  
domus quam laudabiliter ad-  
ministravit, et D. Gilbertus  
Baudusius se-  
cundo Prior instituitur.

Hoc anno facta est magna mutatio in hac domo et Provincia. Dom-  
nus enim Joannes Immechoven sicut ante quibusdam dixerat se  
non velle nisi aliquot annos hanc domum administrare et in  
meliolem statum reducere, postquam aliquot cellas extruxisset,  
villas restaurasset, res alienam dissolvisset, familiam auisset,  
petiit defungi praesidentia hujus domus (quod, ut credo, vidisset  
aliquot praedecessores suos ab hac turpiter decidisse) ut alteri do-  
mum quoque in patrio solo sitae prodesset, siquidem a prioratu  
hujus domus absolutus est institutus Prior S. Sophie Prusocoduci,  
cujus diligentem instaurationem et sedulam promotionem ei  
R. Pater ceterique diffinitores commendarunt. Secumque reduxit  
D. Hubertum Faucomprei professum ejusdem domus Sophie  
quem propterea ante aliquot menses huc Cornaco evocaverat,  
et D. Joannem d'Anthinne comprofessum suum, et alium ex  
domo Lovaniensi Joannem Romelium (quem instituit Vicarium)  
virum doctum et theologum recenter professum, qui brevi  
post obiit circa Natalitia; electissimos quoque secum adducit

et omnes alios religiosos in eadem domo Pruseoducensi dimittere curavit. Nec tamen negotia sua talem exitum aut secessum habuerunt qualem sperabat, et post aliquot annos et hunc conventum quem colligebat dispersit per alias domos. Deus alio suo iudicio aliter domui providebat. Erant in hac domo tunc quinque Walones, quod subsannabant aliqui.

Domus autem Pruseoducensis Gisbertus professor domus Lovanii a Prioratu domus monachorum Brugis absolutus secundo instituitur hic Prior, quem installarunt Visitatores D. Jacobus et Demy, et D. Joannes ab Immechorum predecessor sabbato intra Octavas V. Sacramenti, ni fallor.

Ex domo Pruseoducensi venit huc hospitatum D. Henricus Amelius dictus communiter ab Ortho professor domus Leodii vir senex pius, affabilis et magnanimus mansit hic integro anno; dicebat se in diversis domibus habitasse et officio honoratum fuisse præterquam in hac domo.

In Adventu D. Gisberti Prioris, qui habet ferrem et sonoram vocem totus chori cantus immutatus est, quia suo more cantavit, et chorum in psalmodia sustentabat, nec postea pausa servata fuit quam introduxerat predecessor ipsius.

Priori domus Capelle D. Roberto..... facta est misericordia et Patres in Capitulo præferunt D. Hieronymum Vitz vicarium et professum domus S. Audomari. Sed quoniam prorector erat ætatis non diu præfuit. Fuerat ante ingressum Ordinis junctus matrimonio, in quo filiam suscitaverat quam in uxorem habebat quidam Nobilis qui prædictum Patrem quandoque comitabatur.

D. Simon Caperus professor domus Leodii absolutus a Prioratu domus Sophie institutus est Prior domus Brugis,

cui etiam commendebatur cura Monialium quoniam Vicarius earum prae senio deficiebat, sed ipse Prior defuit et ante annum resolutum viam universae carnis ingressus est. Cui successit D. Franciscus ebolanus professor domus hydrae et adhuc hoc anno 1631 praest. Sed domus propriis professoris et prae ceteris domibus desolata manet. —

Caesa Capituli 36 v 88.

Familiaritas et  
beneficentia Do.  
mini Ferdinandi  
de Geren Hispani.

Intra Octavas Pentecostes cepit visitare hanc domum Illustris Dominus Ferdinandus Geren Hispanus eques Melitensis, qui multa erga nos usus liberalitate, et multas Missas per nostros curavit celebrari decem asses pro qualibet tribuens in summa quandoque 50 florenos, ex quibus pecuniis sacrista procuravit cortinas sericas, et antependia Damascena pro duobus altaribus chori laicorum, et crucem argenteam ut postea dicetur. Item hoc anno quatuor candelas albae cerae fecit ardere die ac nocte coram V. Sacramento intra Octavas ejusdem et sequenti anno 1615 decem, et tertio 1616 quinque et pluribus sequentibus mensibus unam majorem dedit quae item arderet die ac nocte ante summum altare. Quia vero curabat celebrari Missas de requiendo pro se adhuc vivente, post quas etiam legebamus psalmum De profundis et aspergebamus pannum nigrum in modum feretri expansum, Quidam Patres Societatis contradicebant, quibus D. Richardus professor hujus domus tractatu quodam satisfecit.

Hoc anno in Junio professionem emisit in Cartusia Lovaniensi D. Franciscus Scot sacerdos Bruscellensis devotissimus. Legavit reditum centum florenorum. Hanc domum frequentaverat ac locum postulaverat, sed P. Immechoven nescio quo animo illum Lovanium dimiserat. Fuerant ibidem quinque anni sterilitatis, nam ab anno 1608 usque ad annum 1613 quo

hic et alius sacerdos Brugensis Romelius fuerunt vestiti, nullus fuerat receptus, sed intra triennium hoc facile octo iuvenes fuerunt ibidem admissi. Pariter postea P. Imnechoven Dominum Schot non recepisse quod epus frater esset pensarius hujus urbis sed aliter hoc ipso anno nobis recompensavit impetrato reditu a sua Celsitudine et prout sequenti anno dicetur.

In tanta quoque Commissarii deputati fuerunt ad visitandam hanc domum cum quibusdam aliis sic habet: Et visitentur domus Visitatoris nec non domus Bruxellensis et Lovanii per Visitatorem provincie Picardie et Priorem domus Monachorum (qui nunc est Prior noster D. Bruno d'Outelair) quibus committimus ut accedant ad domum Schene Anglorum ibique diligenter inquirent de redditibus, pensionibus et aliis quibuscumque facultatibus quas habet pro sustentatione suorum religiosorum et referant ut super his Capitulum provideat.

Quia vero a multis annis ab anno scilicet 1609 haec domus non fuerat visitata nec enim P. Imnechoven hic visitationem habuit, hinc religiosi pleni erant sermonibus maxime novo novo zelo destuantes quod viderent visitationem ita timere et juste nacti erant Visitatorem qui paratus erat omnium querelas audire et depromere sine ulla personarum acceptatione, hinc factum est ut nulli paritum fuerit, et quidquid fere depositum fuerat recitabatur, Comvisitator flandricae scrutinium recitavit, et ordinationes quas fecerunt pro multis aliarum visitationum utiles fuerunt et observatae, quae sequuntur.

Ne lot fiant in choro confusiones maxime praesentibus secularibus provideat P. Vicarius ut omnes religiosi addiscant cantum, et in eo privatim sese exercent et si opus

sit ejus utantur moderamine, et directione. Maxime docuit D. Gudocum Gindertalen qui postea venit ad Ordinem et tubalem habebat vocem. Tunc non erat bene provisum choro de cantore, qui juvenum voces posset dirigere. Paulatim succrevit D. Amismanus qui fuit cantor.

Cum sacra sanctorum Reliquiæ irreverenter nimis serventur, quantocius V. P. Prior curet, ut decentius et loco honestiori recondantur, idque ad minimum inter duos menses, quod et factum est in fine dicti termini. Particulæ erant reliquiarum quas Colonia olim attulerat D. Arnoldus Haverens ex quibus factum est reliquiarium seu tabula secundi altaris.

Non signet sacerdos communicantes nec dicat: pax tecum. Comparentur mappæ et tria coopertoria pro tribus altaribus et alia lintea ecclesie necessaria.

Cum corpus defuncti imponitur feretro debet cooperiri panno nigro lato usque dum sepeliatur, prout Statuta volunt et a majoribus nostris observatum fuit ut corpus cooperiretur, nam feretrum ipsum ad hoc circulos habet.

Non debet celebrari officium alicujus festi noviter instituti sine scitu et licentia R. Patris, nam ultimo Novembri celebravimus festum S. Alberti Pont. et Mart. cum 12 lect. propter diploma supra recitatum, quod tamen non puto in civitate observari aut continuari. Et item in Januario officium S. Gudulde permittit P. Prior recitari ad instantiam Bunsellensium religiosorum, cum tamen non sit Patrona ecclesie cathedralis sed tantum hujus civitatis, vel festum S. Kunoldi deberet cessare.

In fine Martiarum junior in Ordine pulset pro Indulgentiis, jam ex ordinatione anni 1618 pulsat sacrista.

Cum reponitur V. sacramentum post Octavas sollemnitatis debet id fieri in fine Vesperarum ejusdem Octavæ præsentante conventu, et aliquid pie interim de eo cantando.

Debet firmiter occludi nec amplius aperiri cancelli, ubi religiosi loquuntur cum mulieribus, et curat P. Prior ibidem fieri fenestram tornatilem, nec permittatur religiosis intrare locum oppositum ubi veniunt mulieres; nec cum eis unquam loquantur soli sed præsentante comite P. Vicario aut uno ex senioribus ad arbitrium præsedentes nisi sit mater aut soror.

In negotiis majoris momenti in quibus requiritur consensus conventus debet haberi tractatus convocatis simul religiosis; nec sufficit cellatim singulorum exposcere suffragia et subscriptionem ut alias factum fuit.

Inventuræ armaria pro reponendis casulis lintheaminibus et utensilibus ecclesie. Propterea factum est armarium retro summum altare.

Discrete agat P. Prior pro spatiantis religiosorum et diligenter invigilet et provideat ut conventuales omnes religiose et modeste ubique se contineant, nec transgrediantur terminos, quos si opus sit faciat per V. N. P. P. Visitatores ordinarios renovari (quod et fecit hoc anno) nec permittatur religiosis intrare hortum Ducis D'Aumale in Anderlecht nec areas nec loca occlusa.

Diebus ferialibus pulsatur ad Primam hora sexta, et ad Missam conventualem hora septima (et quamvis per ordinarios Visitatores fuerit revocata, qui volebant ut hora 5 pulsaretur secundum consuetudinem aliquam hujus domus) tandem hæc ordinatio prævaluit anno 1622 et nunc est in usu.

Secundum antiquam et laudabilem consuetudinem Ordinis singuli religiosi portant rosarium. Vigebat et ante haec consuetudo in hac domo apud plerisque.

Ministretur religiosis aequaliter tam sacerdotibus quam non sacerdotibus vinum et alia alimenta ordinaria. Praecedens Prior subtraxerat junioribus vinum hebdomadale, iis v. qui non erant promoti ad sacerdotium.

Prout diebus dominicis et festivis ita etiam singulis diebus 12 lect. detur religiosis media pinta bonae cervisiae.

In solemnitatibus Paschae, Pentecostes et Natalis Domini tribus prioribus diebus detur religiosis media pinta vini.

Nullus Fratrum praeter dispensatorem intret cellam cervisiam nec promat cervisiam absque licentia officialium, nec pro pretendis pitantiis et aliis necessariis ingrediantur culnam sed petant necessaria ad fenestram.

Quoad curam vivariorum et nemorum tollantur omnes occasionis suspicionis et scandali. Ab eo tempore nullus habitavit in domo contigua sacelli ter Schuet.

Subscripserant fr. Martinus Bleneau et fr. Bruno d'Outelair.

Inferior domus Lovaniensis comburitur. Ab eisdem Commissariis Lovanienses impetraverant hebdomadam album panem, cumque in eum usum fuisset furnus extractus, prima vice qua impositus fuit ignis, nec laici insigilarent si nulla paterent rimae, combussit totam inferiorem domum, granariam scilicet et stabula cum damno non tantum nostrorum sed etiam ejusdam saecularis qui deposita ibidem habebat. Qui propterea litem intentavit. Aliqui volebant dicere justo Dei judicio accidisse quod voluissent delicatius vivere; sed hominum opiniones sunt plerumque temerariae et judiciorum Dei abyssus multa. Statim in meliorem statum fuerunt omnia reparata, a Principibus



nonnullam elemosinam acceperunt.

Die 29 Maii Augustissima Trinitati sacro ser<sup>mus</sup> Princeps Wolff-angus Wilhelmus Comes Palatinus Rheni Dux Bavariae Juliae Clivicae Montium, Comes in Veldentz, Spanheim Marchia Ravensburg et Moers, Dominus in Ravesteen, etc. Dusseldorpii superatis innumeris atque gravissimis obstaculis lutheranam haeresim abjuravit, fidemque catholicam maxima solemnitate professus est in manibus R<sup>mi</sup> Coloniensis suffraganei in templo parochiali, in quo decanus Dusseldorpiensis e concione exposuit motiva seu fundamenta Principis sibi ab ipso Principe tradita, qui deinde una cum ser<sup>ma</sup> conjugis ante summum altare religiose communicavit. Cum ante messam convocatis omnibus suis aulae haereticis alta constantique voce cohortationem habuit, qua illos ad sui imitationem adhortatus est facta singulis potestate alteri si mallerent deinceps serviendi, datoque ad deliberandum octiduo. Hora vero tertia pomeridiana vespertinis precibus ambo intersunt, quibus absolutis ante summum altare sacrosanctum Confirmationis sacramentum ipse accepit a R<sup>mo</sup> suffraganeo.

Die 14 septembris Philippus Wolfgangi Neuburgii pater moritur. Wolfgangus itaque in Principatu suo Neuburgico nos religionem catholicam pulso lutheranismo restituit et calendarii Gregoriani usum anno proxime sequenti suis praescripsit.

Cum autem ordines Belgici confederati in Ducatu Juliacensi partes Brandeburgii potiusquam Neuburgii primo clanculum deinde aperte foverent, et hucus militem Juliaco expulissent, Dusseldorpium (ubi tunc Neuburgici conjura agebat) frustra tentassent, tractatum Vesaliensem (ubi de concordia utriusque agi ceptum) re infecta interrupserunt, aliaque multa molirentur, Albertus Dux noster Mathia Caesaris et Imperii

auctoritate hoc anno exercitum paci publicæ afferendæ omnium opinione celerius conscripsit. Ambrosio itaque Spinola belli duce constituto primus Aquasgravi urbem imperialem (jam ab aliquot annis hæreticorum factione turbatam) ex mandato et commissione ejusdem Cæsaris die 29 Augusti ad obedientiam reduxit, post deditione cepit aliqua oppidula in ditione Juliaensi. Pserchen Duren Gaster Gravenbroegque et tandem Vesalianam Calvinianorum sentinam (quæ hæc anno 1629 rediit in potestatem hæreticorum) occupavit. Hollandi e contra Immerikam et Rase. et nunc Vesalianam ut dicit, et totum tractum istum ut melius forte fuisset Hispanos nunquam fines istos Imperii attingisse, nam sic dede-  
runt ansam Hollandis pomeria obtinendi.

D. Joannes a Bitterswyck sacrista hoc anno in lucem edidit Didacum Stella Ordinis Minorum de contemptu mundi a se translatum in linguam flandricam. Et hic primus liber fuit sive a se sive ab aliis editus in hac nova domo. Usus fuit Amanuensi D. Gerardo Eligii qui characteres melius pingebat vel aliis etiam correctoribus <sup>quia</sup> initia sunt semper difficilia et labor improbus omnia vincit. In hac palestra se strenue exercens expeditus evasit et plures sequentibus annis libros transtulit ac edidit prout ex subjecto elenco lector videbit.

Libri translati in linguam flandricam a V. P. D. Jo-  
anne a Bitterswyck professo et sacrista Cartuside  
Brussellensis ex latino idiomate.

- 1 R. P. Fratris Didaci Stella de contemendis mundi vanitatibus libri tres, apud Joannem Ryus Brussellæ, in-12 anno 1614.
- 2 R. P. T. Bartholomæi Soluthii sua anima in-12, Antuerpiæ apud Cornelium Verschuerium anno 1619.
- 3 Robertus Bellarminus S. R. E. Cardinalis de septem verbis a Christo in cruce prolatis, apud eundem, in-12, anno 1619

et latino.

- 4 R. P. Bartholomaei Saluthii lucis animae pars quarta in-12, apud Gerardum Wolschatium Antuerpiae anno 1621 ex latino. Opusculum hoc in tres dividitur partes: prima pars praenotatur speculum animae, secunda hortus orationis, tertia testamentum animae.
- 5 Vita S. Augustini Ecclesiae Doctoris per R. P. F. Cornelium Lancellotum Augustinianum, in-12, apud Cornelium Verochurium Antuerpiae 1621 ex latino idiomate. Haec vita in tres libros distincta est.
- 6 Societas divini amoris fundata a R. P. F. Bartholomaeo Saluthio in-12. Bruxellis apud Joannem Moormartium anno 1621 ex latino idiomate.
- 7 Convivium spirituale Amatoris Jesu, eodem auctore, in-12. Bruxellis apud Joannem Pepermanum anno 1622 ex latino idiomate.
- 8 De laudabili vita conjugatorum, auctore D. Dionysio Cartusiano, in-12. Bruxellis apud Godefridum Schovartium anno 1624 ex latino idiomate.
- 9 Spiritualia media adjuvandi sanctimonialibus ad exercendas virtutes quas S. P. Benedictus in Regula sua docet accommodata. Bruxellis apud eundem, in-12 ex gallico idiomate anno 1624.
- 10 Contemplationes super crucifixo et doloribus B. Virginis Mariae quae juxta crucem stando passa est, auctore R. P. F. Andrea a Soto Confessario Suae Celibitudinis, Bruxellis apud Joannem Pepermanum, in-12 ex hispanico idiomate anno 1623.
- 11 Septem tubae excitantes peccatorem ad penitentiam, auctore R. P. F. Bartholomaeo Saluthio. Bruxellis apud Godefridum Schovartium, in-8, anno 1623.
- 12 Scala religiosorum, auctore Dionysio Cartusiano, in-8. Bruxellis apud Hubertum Antonii anno 1623 ex latino idiomate. Hoc opus quatuor in se continet libros quorum primus est Laboratorium Novitiarum, secundus de votis et professione religiosorum, tertius de mortificatione vivifica et reformatione

- interna, quartus de custodia cordis et profectu spirituali.
- 13 Preces et litanie selecte ad B. Virginem Mariam, in-18, apud Godefridum Schovartium.
- 14 S. Dionysius de arcta via salutis cui adjectus est libellus quem S. Dionysius vocavit Speculum amorum mundi, in-8, apud eundem Godefridum Schovartium, anno 1626.
- 15 Vita B. Joanne de la Croix, authore R. P. F. Antonio Daza Ordinis Minorum. Brusellae, in-8, apud Joannem Thommartium anno 1627 ex hispanico.
- 16 Dionysius Cartusianus de quatuor novissimis apud Godefridum Schovartium, in-8, ex latino idiomate anno 1627.

Adfuerunt Visitatores ordinarii pro terminis spatiamentorum assignandis, alias relinquebatur arbitrio praesidentis unde oblocutiones exorta fuerunt; tenor epistolarum talis est:

Termini spatiamentorum Cartusiae Brusellensis. In nomine Domini Jesu Christi. Amen. Anno a Nativitate quidem 1614, circa initium mensis octobris, nos Fratres Jacobus et Joannes humiles Priores domorum Ordinis cartusiensis Gandavi et sylvestris et Visitatores Provinciae Leuthonica vocati a Conventualibus domus Cartusiae Brusellensis ad terminos spatiamentorum pro diebus Minutionum eisdem assignandos, facta prius inspectione et consideratione locorum, diversos terminos pro diversitate temporum dictis conventualibus assignavimus in hunc modum subsequenter. Singulis annis in diebus Minutionum ante Adventum et Quinquagesimam egredientes per portam domus posteriorem, transeuntesque per portam civitatis quae dicitur porta flandrica poterunt conventuales praedicti pergere ad locum antiqui monasterii, ibidemque visitato sacello B. Mariae Virginis in Schuet, poterunt ire usque ad vivaria, quorum terminos hunc non transgredientur sed domum redibunt tenentes semper viam secretiorum, et frequentiam populi

ubique fugientes. Porro post octavas Paschae licet illis ire ad fontem quem vocant Pupperzyk in superiori parte villa quae dicitur Hebrouck, pergentque per plateam quae vocatur Papsdal sitam inter antiquum monasterium et Anderlaeuum. Quod si praesidenti quandoque videatur non tam procul eundem poterunt deflectere ad antiquum monasterium, ibique sistere ut supra. Deinde post solemnitatem S. S. Petri et Pauli Apostolorum ibunt Anderlaeuum ibique ecclesiam visitare poterunt tenentes plateam supra dictam, postremo secunda hebdomada septembris tendentes a porta flandrica versus templum S. Joannis in Ebeulenbeke transibunt per caemiterium dicti templi ad plateam viridem, qua transacta per campos ibunt ad ecclesiam B. Mariae Virginis in Laken. A qua reversus per campos ad eandem plateam viridem redeuntes domum revertentur declinantes omnino a via quae est iuxta fluvium Antuerpsensem.

Subsignaverunt:

Jr. Jacobus Dionysius  
Prior Cartusiae Gandavensis.

Sigillentur  
Fr. Bruere  
Prior Cartusiae.

Jr. J. Van Immechooren  
Prior Cartusiae S. Josephi

Pro N. substitui O  
quod fere in aliis  
omnibus observan.  
Dum quod litterae  
sunt mutatae dum  
reperita fuerunt  
hostia, prima  
susta ostium  
culinae est + crux  
scilicet.

Hac aetate P. Prior Brankusius perfecit cellam notatam littera O et inchoatam a suo praedecessore quas ad exteriora cum parte ambitus et sollicitus pro inhabitatione tandem oblatus est S. Des. Datus Visscher a patre, Imbdanus nobili prosapia progenitus et liberaliter educatus vestiebaturque sericis vestibus colore ceruleo cum patre ex haeresi conversus ad fidem catholicam, humanioribus litteris operam navavit Praegae Lusemburgi et hic Bruxellis, et relicto studio philosophico Ordini nostro se dicavit 17 tantum annorum cum esset, et videbatur nimis juvenis sicut revera erat, sed tamen judicio satis maturus, datus est ei terminus ad festum S. Fluzonis, qui prolongatus fuit usque ad festum S. Catharinae propter

absentiam parentis qui tamen adesse non potuit propter commissio-  
nem sibi datam ad componendam Rempublicam in oppido Vesalia.  
Quae prolongatio fuit juveni tædiosa. Videbatur enim pater se tali  
modo liberare velle a numerosa prole quam habebat quia castoris  
a patria non habebat hæreditatem ipsis relinquere et sic libenter  
ei providebat vivens. Juvenis fuit bone indolis, ut postea dicetur.  
Nihil affirmo sed scribo prout homines loquebantur.

In Decembri maxima fuit inundatio aquæ ita ut fluvius  
Senna monasterio nostro præterfluens in tantum exundaverit  
ut per ambitum ante cellam P. Prioris flueret in hortum, necesse  
que fuerit ponere asseres super truncos in ambitu ad transeundum,  
culinam, cubicula hospitum et alias officinas aqua impleverat.

Ab anno 1598 nova plantatio Ulyssiponensis pætentim pullulæ,  
tenerimosque producere ramos cepit; nec defuerunt aliqui qui  
ad eam penitus eradicandam ac funditus evertendam totis viribus  
insudarunt. At tamen sopitis deinceps variis incredibilium difficul-  
tatum circa ipsius foundationem monstris atque portentis, quæ  
absque dubio inimicus homo superseminare satagebat, maxime  
autem an situs esset vel non esset aptus ad istius plantationis  
erectionem, immensa denique litium mole, qua pauperrima  
domus graviter premebatur dilacerata, et in pulverem com-  
minuta hoc tandem anno 1614 divina opitulante clementia,  
et visitantibus hanc Cartusiam Vallis misericordie P. V. P. D.  
Didaco de Quelvan Priore domus de Covis et Visitatore provincia  
Castellæ et Commissario domorum Lusitanicæ ac D. Antonio  
Sanchez Priore domus Granatæ in socium assumpto firmiter  
ab eis ordinatum atque stabilitum fuit, ut rejectis et eliminatis  
omnibus impedimentis fabrica istius domus ad Dei omnipotentis  
gloriam et beatissimæ Dei Genitricis laudem in loco dicto  
de Lanciras feliciter inciperetur.

Eodem anno 1614 die 8 mensis Decembris Conceptionis scilicet Vir-  
ginis Mariae Anno D. Hieronymus de Gouvea Ordinis S. Francisci  
episcopus Hyatensis et Lingitaneus presentibus Ill<sup>mo</sup> Dominis S. Fran-  
cisco de Brachantia Jacobi IV ducis Brachantiae nepote, D. Morio Alvarez  
a Portugallia Comitis de Vinioso patruo, D. Hieronymo de Nello  
Coughtino, D. Christophoro Immanuele, Leonelio de Abouira, Francisco  
de Moura aliisque nobilibus viris benedixit primum ecclesiae  
lapidem sequenti epigrammate insignitum; Anno Domini  
MDCXIII die VIII Decembris ad honorem B. V. Mariae primum  
lapidem benedixi in alma Cartusia Vallis misericordiae sedente  
S. P. Paulo V P. M. et Philippo II Portugalliae et Hispaniae rege.

sub finem Privatus sui P. Emmesoven impetravit a qui-  
busdam junioribus nobilibus qui primo loco ponuntur fenes-  
tras pro ambitu quas P. Braubusius curavit fieri et in opus  
non segniter incubuit ut perficeretur; prima sub finem he-  
jus anni posita fuit quapropter omnes cum inscriptionibus  
suis recensabo.

- |  |   |  |
|--|---|--|
| D. Otto Anderlecht<br>religionis ergo dedit.   | 1 | Historia ortus et obitus sacratissime Deiparae<br>Virginis domus hujus initiatricis hac fenestrarum serie exhibetur. |
| D. Guilielmus le Clerc   | 2 | Costus humi redolet, nardo aether, ubique Maria<br>Flos florum, sterilis quem esculus Anna tulit.                    |
| D. Lancelotus de Ro-<br>tiano pietatis affe-<br>ctu. p. p.   | 3 | Magne serena, quid adhuc caelum clamore fatigas?<br>Nil dubites, conjux prole beanda tua est.                        |
| D. Georgius de Maghem<br>optimo animo offere-<br>bat.  | 4 | Adfuit, o conjux mihi nunciis, isque spondit:<br>Quod magis non sterilis, sed modo mater eris.                       |
| D. Melchior Martini<br>hilari animo dabat.   | 5 | Anna exoptata compos jam facta Mariae<br>Pectore via toto gaudia oborta capit.                                       |
| Abraham de Piessene<br>ancien conseiller de Sa<br>Majesté et Receveur<br>generale de son domeyne<br>au quartier d'Estelardres. | 6 | Scande gradus Vingo deatra deducta parentis<br>Se recipit lato Myrta Deusque sinu.                                   |

- 7 Davidicæ stâpis duo lumina juncta jugali  
Foedere sunt: Hic est frater et illa soror.
- 8 O quæ flagranti Christum avidis pectore Virgo  
Ecce tibi illius Nuntius ecce venit.
- Albertus D. G. archi- 9 Ecce virum Virgo circumdedit; induit ipsum  
dux Austriæ, Bur-  
gundicæ, Brabanticæ  
Comes Flandricæ. 10 sensit adesse Deum Elizabeth, ut Virgo locuta est  
Mira fides! sensit Numen et ipse puer.  
Isabella Clara 11 Ter vita est natura, senex dum muta resolvit  
Eugenia Ora Pater: Virgo parturit illa parit.  
Hispanicarum 12 Ut profuga hospitii Virgo secluditur exors:  
Infans, divisa  
Burgundicæ, Brabanticæ 13 O pietas majori puero pueri editus orbi  
Comes Flandricæ. Utere quem læto, regia mater alit.
- J. Didacus de la Caba 14 Ecce tuæ Virgo fera circumcisio proolis  
seu Cueva. Obiit an. 1628. Clamat, huic reddent postea flagra crucem
- Jehan de Romzee 15 Complet justa parens legis, pueri oscula vates;  
fr de Finaffpont et de  
d'Isaree. Matri ensem, mortem nuntiat ipse sibi.
- N. Waebssaert Do- 16 Obstupuit merito turbas, regumque timorem  
minus in Buegem. Iusta humilis, prolem cernere Virgo Deum.
- Vita mundi vitam 17 Emprærei pharios exul regina per agros:  
Joseph. Vandendene. Proh scelus! e Solyma pellitur ipse Deus.
- LIX explebo numerum 18 Perge rates cœli pondus sine pondere portans  
D. Joannes Coestich. Sol puer est, comites sidera, luna parens.
- Au vainere au mourir 19 Pæce animosa parens natum; tibi cominus adstans  
Pierre Cellier Capra  
pour J. M. Cathol. en Italie. Mitigat exilium turba, dat auxilium.
- De la + au Ciel, 20 Longaude, o Solyma, en divum ablegata cætera:  
Melchior Van Goyce  
Chr obiit in Bohemia. Virgo puerque sacer ridet, et ecce redit.
- Hæc viginti fenestrate positæ sunt in meridionali latere.



- R. D. Martinus Beckius ab- 21 *O Mater in templo reperiatur cœlicus infans*  
bas van Dielegen.  
Sunt nunc alia arma.  
*Post triduum, doctis dans documenta viris.*
- R. D. Joannes Burloot ca- 22 *Quam bene Virgo tuus novit cum Patre secare* 1618  
nonicus S. Gudulæ: en  
Dieu burloot.  
*Ligna puer, qui orbis tam bene struxit opus.*
- R. D. Nicolaus Mbolanus 23 *Legiferi precibus limphas petra dura propinat:*  
Custos Capellæ suæ celsit.  
*Christiferae limphis pocula plena merum.*
- Robertus Gaillaert advocat 24 *Siste Parens, alias vocat inter limina matres*  
se postea Societati Jesu  
mente serena.  
*Natus, querere quem diceris ante fores.*
- Dum gemo spero 25 *Magnanimæ matris pietas! quam haud mille labores*  
D. N. Gerssem Magister  
Cantorum suæ Celsitud.  
*Quære a nato vellere, vellit amor.*
- M. R. D. Maximilianus 26 *O tristi incipimus cœna, heu crudelia nati*  
Gand a Villain filius Co-  
mitis d'Espinghier episcopus  
Bomacensis.  
*Prælia Virgo tuæ, prælia Virgo tuæ.*
- R. D. ... Jadan Canonicus 27 *O quis tristitiæ insolita, horrenda! ecce meatus*  
et decanus S. Pharildis  
Gandavi.  
*Sudoris, Christi membra cruore rigant.*
- R. D. Plitterswyck pro- 28 *Tradidit infamis ficta sic fronte magistrum;*  
tonotarius apostolicus  
*Sic fixit Judas oscula plena dolo.*
- R. D. Joannes Baptista Hou 29 *Quis Christum credat cœli terræque monarcham*  
saert S. R. & protonotarius  
Domini Van Oultre Hoze  
etc. Obiit 19 Sept. anno 1619  
*Vantas pro servis sponte tulisse minas.*
- R. D. N. Oyenbrugge 30 *Ipsa Patris bonitas, manibus post terga revinctis*  
canonicus Bomacensis.  
*Damnatae falso criminis esse rea.*
- Messire Charles de Bour- 31 *Profusis lacrymis hic te tua lumina plangant:*  
gogne 1<sup>r</sup> de Bredam.  
*Pro te dum patitur vulnere tanta Deus.*
- Ultima vult virtus. 32 *Evaguet arundo manus velatum spuba decorem:*  
D. N. Croënendael.  
*Spina caput terebrat cor fera lingua necat.*
- Bonus biens de champs 33 *Ecce tuus Jesus pro te, livorque curaque*  
Cantor suæ Celsitudinis  
Petrus des Champs. Obiit  
anno 1616 in Oct.  
*Et tabum et saries! ecce homo nullus homo.*

- Vive memor.*  
Maximilianus Florentin.  
secretarius Comitatus Emdani  
portæ Carit. Prior Antuerpiensis.
- Lancelotus Van Ghin.  
Dentalem civis Brussellensis.
- Domus Jem de Bithloem  
M. F. P. Anglorum Ordinis  
Cartus. pro fide catholica  
saeculum.
- Appetitus rationi pareat.  
D. N. Pastille Receptor  
status Brabantie.
- D. Philippus de Wal  
Dominus de Bavie  
et de la Woeste.
- Veritas filia temporis  
Aestendorp.
- D. Cornelius Schot  
mercator Antuerpiensis  
descendens ex progenie  
regum scoticæ.  
D. N. Pinsen
- D. Marcus Zeverdony
- D. Antonius de Bassis  
eques auratus Dominus  
de la Rivière, et prorege  
Catholico dux custos de  
Louvetaim.  
D. Montens Receptor  
Bredæ Mauricii Prin-  
cipis Curiaei.
- D. Laurentius Joënius  
S. Th. licentiatus D. Didym  
sii leod. scholasticus et  
S. Petri Lovanii canonicus  
ac collegii Dintei pæceptor.
- 34 Hanc magnam quisquis Christum portare stupescis  
Sponte crucem; exiguam disce levare tuam.
- 35 Arboris affixus ramis jacet ecce Redemptor  
Hic Pateris fructus arbor et ille feret.
- 36 Te dubites quod amem? fixum me respice fixus:  
Cernitur in toto corpore sculptus amor.
- 37 Excipit heu vitam sine vita mortua mater;  
In cruce vita obiit, sub cruce mesta parens.
- 38 Te genui, moriens matrem cur nate relinquis?  
An vivam moriar, quin capis urna duos?
- 39 Queritis extinctum? vivit lætatur olympus:  
Styx gemit, et propria mors jugulata manu.
- 40 Occiderat cum prole Parens, cum prole resurgit  
Lætitia et luctus unus utrique fuit.
- 41 Quod Christum in Christo quærat pia Magdala plorans  
Nec tamen agnoscat impediebat amor.
- 42 Post flagra sputa crucem propria virtute coruscans  
Conscendit victoræ regna paterna poli.
- 43 Unanimem in precibus dia cum Virgine cœtum:  
Lingua docet, replet Spiritus, unit amor.
- 44 Non vita invita, nec vi via facta sed ultro  
Carne soluta anima est funebri passa nihil.
- 45 Nec labor est nec opus tibi cœlos scandere Virgo  
Namque suo fertur remige quisquis amat.
- 46 Aureola mecum mater doneris oportet,  
Ne sine te vivam ne sine matre regam.
- 47 Imago B. Virginis in Schuet tunco primitus imposita miraculis  
coruscat, et ob miraculorum gratiam Domina nostra de gratia vulgo nuncupatur.
- 48 Crebrescentibus miraculorum signis apud Dominam nostram de gratia,  
crebrescit et ejus cultus ut exteris etiam innotescat.

49 Est imago B. Gudulæ virginis.

50 Est imago S. Michaelis archangeli.

Hæc 20 fenestree positæ sunt in septentrionali.

Fortiter et suaviter.  
Reverendus in Christo  
Pater Abbas Ninivensis.

51 Anno Domini 1530 cum Solimanus Turcarum Imperator  
Viennam Austriacæ ingenti cum exercitu obsideret, at infeliciter,  
adeo ut cum summo dedecore obsidionem solvere cogeretur,  
ira percitus in innocuum Christi irrupit gregem vicinamque  
Morbacensem Cartusiam ferro demersit: interemptis ibidem  
sex piis religiosis inhumaniter crudeliterque.

Panis confortans  
Christus  
Reverendus in Christo  
Pater Abbas Grim-  
bengensis.

52 Anno 1406 Ziska homo atroci ingenio ac Hussitarum  
hæreticorum antesignanus Pragensem Cartusiam ferro et  
flammis demolitus est, cæsisque obviis quos reperit 11 senes  
viros religiosos spiribus sanctis coronatos saltante coram illis  
impro gesticulatore in publicam custodiam traxit, ex  
qua unus Cartusianorum post preces suas singulis noc-  
tibus licet optime custoditus evanuit. Hæc Georgius Bar-  
tholdus Pontanus.

Exire sursum.

53 Viri optimi 18 numero Institutum Cartusiense pro fidei  
confessione et debita Romani Pontificis obedientia tuenda,  
largueo membrorumque sectionibus, aliisque ferinis crucia-  
tibus Londini sub rege Angliæ Henrico VIII anno Domini  
1535, 1537 et 1541 summa pietate martyrium consum-  
marunt, quorum memoriam exhibet R. D. Philibertus

de Mol protonotarius apostolicus, cantor canonicus D.  
Gudulæ.

54 Rursum quædam duodecim ejusdem propositi viros eris-  
ceratione variisque subteribus, crudelis miles cui ca-  
tholica fides et monastica disciplina professio excosa erat  
Illustri martyrio ad cælos transmisit anno Domini  
1472.

Duc hæc fenestree  
sunt ante faciem  
ecclesie positæ mu-  
nificentiæ Domini  
Mol nunc decani  
S. Gudulæ. sunt  
alii minores.

Hæc fenestra ante  
ostium ambitus po-  
sita quam dedit  
Nicentius de Robiano  
1615.

55 s. Bruno natione Germanus sacri Ordinis Cartusien-  
sivus primus author et architectus 1082.

Sequuntur quatuor novissima in quatuor fenestris sub-  
sequentibus depicta: 56, Arbor, 57, Judicium, 58, Infernus, 59,  
coelestis gloria. Primam dono dedit Ill. et R<sup>mus</sup> D. Jacobus Boonem  
episcopus Gandensis; secundam Ill. et R<sup>mus</sup> D. Nicolaus Sorsius,  
episcopus Sylvaeducensis; tertiam R. Joannes Abalemus episcopus  
Antuerpiensis; quartam Ill. et R. Mathias Ghorius, antistes Mechli-  
niensis.

Pro unaque fenestra nostri petierunt 72 florenos seu triginta  
patecones, vitriarium non puto recepisse ultra 38 florenos, ex reliqua  
dimidia parte solverunt pro fabro ferrario et latonio.

Et Deo laus pictorem satis egregium nacti sumus cognomine....  
~~Monasteriensi~~ Monasteriensis erat diocesis vividos colores habebat et perfectis-  
sime imitabatur exemplar quod dabatur illi, et ante mortem  
omnes perfecit. Dux quæ sunt civitatis nomine datæ longe  
ante posita fuerunt, unica est martyrum Pragensium quam  
pinxit Hollandus in quibus videre est quantum quisque  
excellat.

P. Immechoven Dixi P. Immechovium impetrasse nobis sub finem Prioratus sui  
impetravit nobis reditum 30 flore-  
norum et vitalem pensionem 18 re-  
stantem a decem  
annis. ~~se~~ primas fenestras, nec hoc tantum sed etiam reditum 30 floren-  
orum et vitalem pensionem 18 florenorum de bonis vacantibus  
Theodori Immechovii cupus heredes non agnoscebantur, ex sua  
tamen familia fuisse dicebat et quo titulo obtinuerit videre est  
ex subjecta supplicatione.

A Leurs Alteses Sérénissimes

Remonstre en toute humilité D. Jean d'Immechoven prêtre Prêtre  
du couvent des Chanteurs en ceste ville de Bruxelles que Vos Al-  
teses Sérénissimes ont esté servies d'accorder au dit Couvent  
main leve de deux distinctes rentes héréditables hypothéquées sur

les Estatz de Brabant au quartier de Bruxelles l'un de 10 florins l'autre de 20 florins par ans lesquelles estoient cy devant annotees à titre de confiscation du chef de Ghiery d'Emmechoven sans que toutefois ledit Ghiery sauroit tenu en places ny villes rebelles, sans est trespassé au service du Conte de Beauvieu en l'an 1589 et enterré en ladite ville de Bruxelles au Couvent des freres Predicateurs comme le suppliant a fait apparoir. Et ce en consideration que ledit Ghiery d'Emmechoven n'a laissé autres héritiers du mortis de seuu dudit suppliant. Et comme depuis est enuers venue à sa cognoissance que ledit Ghiery a encores laissé à son trespass une rente viagiere de 18 par an arriere de l'an 1579 jusques à l'an 1589 de son trespass aussi à la charge dedit Estatz sans qu'il y a eu jusques à maintenant aucune personne qui l'ait demandé soit de ses autres parents, ou aussi du receveur des Confiscations. Cause pourquoy il supplie bien humblement que Vos Alteses serenissimes prenant esgard à la grande necessite que souffre ledit Couvent d'y eriger beaucoup de nouveaux bastiments pour accommoder les pauvres religieux, soient servis d'ordonner auidits Estatz par apostille au marge de ceste, payer ledit dix ans d'arrierages audit Couvent en don et pure aumosne comme biens vacans et d'ou il n'a personne qui pretend action. Quoi faisant etc.

Leurs Alteses serenissimes ayans oy rapport du contenu en ceste requeste et consideré les raisons y alleguées ont par advis de ceux de leur finances de grace speciale cede', donne', et accorde', cèdent, donnent et accordent au suppliant au proffit du Couvent des Chantreux en ceste ville et à l'effect icy représenté l'action et droit que pourroit competer à leursdits Alteses soit à titre de confiscation, biens vacans, ou autrement les dix années d'arrierages de la rente viagiere de 18 florins par an icy mentionné ayant appartenue à feu Ghiery d'Emmechoven à la charge

des Estatz de Brabant, ordonnant au Receveur des biens amotez et à tous autres qui apparteniront d'en lever la main, et les laisser suivre audit suppliant. A charge de faire prester par ledit convent caution suffissante à l'asseurance du fisque et indemnite de Leursdits Altesses contre tous et quelconques qui pourroient cy après réclamer droicts auxdits arriérages du tout ou en partie soit en qualité de plus proche héritier ou autrement, et ce au contentement de ceux des Comptes en Brabant lesquels en tiendront pertinent notice la et ainsi qu'il appartenra. Fait à Bruxelles le 6<sup>e</sup> jour de fevrier 1615. R. V. Subsignat Albert

N. de Montmorency Ad Marlez  
De Robiano Serax de Ayala

4 Calendas Aprilis Ill<sup>ma</sup> Margareta Francia Ducissa Valesica, et quondam Gallie regina, Henrici III sorore, Ser<sup>ma</sup> Infantis Isabelle matertera diem clarissimum, in qua Valesiorum regia stirps est extincta cum anno Christi 1328 in Philippo Valesio capisset. In Capitulo anni 1615 fuit commendata.

Ex actis archidiaconi Antuerpiensis.

Die 15 Januarii anno 1615 cum relatum fuisset R<sup>mo</sup> Domino perillustrem Dominum Gubernatorem urbi Lyranæ laesa immunitate ecclesiastica militem quemdam nomine Franciscum Ferrano (qui duello contendens alterum militem nomine Dominicum etiam Hispanum ejusdem presidii interemerat et pro immunitate monasterium Lyranum Cartusianorum petierat) ex eodem monasterio vi abripuisse, et carceribus suis mancipasse, non obstantibus protestationibus religiosorum. Statim pro immunitate ecclesie conservanda deputavit Reverendum admodum Decanum Dominum del Rio una cum archidiacono cum plena potestate ut exegerentur, quæ circa negotium requirerentur. Qui postera die sub vesperam Lyram venientes ingressi

monasterium per Graphiam Possest vocarunt dictum D. Gubernatorem ad monasterium, qui quantumvis sumptione medicinae per medicum excusaretur, venit, et adductis pro excusatione quae videbantur, ubi se falsum informationibus praeposteris cognovit, simul et incurrisse excommunicationem, humiliter absolutionem petit, et a Reverendo admodum Decano solemniter impetravit, missoque qui captivum ad monasterium reduceret, et salutaris poenitentiae

Hac substantia nitentia ecclesiae restitutus fuit. Captivus rediens custodiendus  
 rei gestae, hoc testor.  
 Cornelius de Witte  
 Archid. Antwerpensis  
 traditus quatuor militibus ex parte Curiae Rmi Domini sequenti die capta informatione declaratus fuit capax immunitatis; sicque eodem loco unde deductus fuerat restitutus. Eodem die mane omnes cooperatores Domini Gubernatoris ab excommunicatione per Reverendum Dominum Decanum absolutionem meruerunt salutaris infuncta poenitentia.

Hoc anno 1615 primo in Belgium veniunt Patres Minimi favore praecipue Duci Annalio qui fuit fundator conventus Anderlactensis scivit nobilis Domina D. Helena de Sarmoise uxor quondam generosissimi viri Domini de Riva, fuit fundatrix conventus Prullensis quamquam pro tali vivens noluerit proclamari. Eodem tempore fuerunt quoque recepti Antwerpice, et dicebatur S. Franciscum de Paula eorundem fundatorem quibusdam civibus apparuisse qui obstitabant quo minus reciperentur.

Finem vivendi fecit 31 Januarii Rmus D. Claudius Aquaviva Societatis Jesu praepositus Generalis et in hujus anni Capitulo nostro recommendatus, praefuit ab anno 1581, aetate 34, author fuit sodalitates B. Virginis.

Anno a Christo nato 1615 primis anni mensibus post intolerabile frigus immensosque nivium acervos tepescente caelo omnia inundavit aquis, quibus multi mortales absumpti, dum expansata ruunt per apertos flumina campos; inde

secuta est multorum mensium siccitas, caloresque intolerabiles, quos ne ulla quidem pluvide gutta temperaret, tametsi ubique pro ea ab irato Numine impetranda vota fierent. - *Galianus*.

Diximus sub finem precedentis anni hac ipsa triforme concertationem non parvam nobis fuisse cum torrente nostro Senna fluvio, sed rixa major fuit Patribus Cartuside Vallis S. Petri cum rivo qui per medium ambitus transit, nam 13 Martii quarta hora post meridiem perfrecto in superiori parte domus muro totam velut diluvio inundavit domum, nec ab ingressu sanctuarii Dei potuit prohiberi, sed invasit penetralia domus Domini; usque ad ipsam primariam aram ascendit et superavit ad altitudinem duorum pedum, pluteos et sacros libros evertit et penitus corrupit, unde tanquam inutilis debuerunt terrae defodi. Certe religiosi plures per hoc magnum valetudinis et vitæ incurreunt periculum, in tantum ut qui tardiores fuerunt nec tempestive sibi fuga consuluerunt, vis presentem interitum evaserint; alii vero consultationes arreptis securibus granarium convulserunt, et ubi se tutati sunt ab aquis nimis quas insolita resolutio nivium causavit. Ipse Prior, Dominus Ludovicus Poart, subito deprehensus in cella sua parum abfuit ab ipsa morte et nisi mature succurrisset ei equestis quidam, qui concitato equo ingressus est cellam actum erat de equi salute, nec tamen impune evasit sed vestigia apprehensionis pro se et suis per totum triennium permanserunt in eo (quippe pedibus et manibus captus fuit) in quibus defecit. Quapropter religiosi conventuales ab eo tempore in animum induerunt sedem mutare, et in vicinis monte domum edificare cuius fundamenta facta fuerunt præterito anno 1630.

Eadem fuit fere fortuna Cartusianorum Buscoducensium in aquarum inundatione quæ contigit elapso decembri. P. Vicarius

D. Joannes Rome- cum nollet superiorem domum ascendere ex nimio humore labellus professor domus Lovani- facta fuit epus valetudo et mortem incurrit eo anno quo professor fuit ensis



scilicet 1614.

Missa conventuali in coena Domini, et post prandium pedum lotioni et mandato, interfuit excellentissimus Marchi Spinola praefectus militiae belgicae. Sedebat in refectorio apud mensam P. Prioris in sede ibi collocata (melius meo iudicio sedisset in ipsa mensa cum P. Prioris), gustavit vinum (vel simulavit) sibi propinatum a fratre converso. Non est conquestus nisi de prolixitate lectionis. Venerat pridie ut interesset matutinis, quae sub vesperum in saeculo cantantur.

Capitulum generale celebratum est in Cartusia 18 Maii et seq.

Obierunt 54 monachi, 23 conversi, 9 donati: personae 86.

Habuerunt plenum Monachatum D. Joannes Baptista Capo professor Bononiae, alias Prior etc. Visitator Eusciae, D. Nicolaus Beau professor Cartusiae, Prior etc. Visitator Provinciae, D. Valentius Prior domus Moguntiae, D. Franciscus Galeas professor domus de Coris, alias Prior et Visitator Castellae, D. Vincentius Bruno Prior scabae Dei, D. Ludovicus Haglons Prior domus in Asten et Visitator Alemaniae inferioris.

Habebatur et D. Antonius a fine professor et vicarius domus Lyrae, alias Prior ejusdem et domus Gandavi. Hic fuit primus Prior ex professoris domus Lyrae electus anno 1571, qui anno 1580 cum suis fratribus ab haereticis fuit expulsum sed rediit anno 1584 rebus pacatis, et domum ab haereticis valde destructam restauravit, et a multis reddituum oneribus atque aliis gravaminibus liberavit. Habuit Missam de Domina.

Hic D. Philippus de Audenard professor et antiquior domus Cornati, alias rector ejusdem qui 62 annis laudabiliter vixit in ordine. Plenus dierum et bonorum operum animam Deo reddidit 7 Septembris anni praeteriti.

De ordinatione Provinciae

D. Franciscum Molanum Rectorem domus Monachorum

Brugis a Visitatoribus super annum institutum præficiunt in Priorem cui adhuc hoc anno 1631 præest.

Item D. Philippus Buisset professor Lovanii fuit confirmatus Procurator domus Distensis.

Priori domus Leodii non fit misericordia. Et D. Philippus Delphier professor s. Audomari et D. Joannes Ancepinus professor ejusdem domus vadant ad domum Lovanii.

Et D. Christophorus Brusgravius professor Schenæ Anglorum vadat ad domum Brussellæ, et P.P. Visitatores justitiam faciant super informatione contra eos et alios facta per P. Priorem Valencenarum. Accusaverant suum Priorem de aliquo vitio vel defectu non sine occasione; qui de turpiori suspectus fuit postea absolutus. Et his imposuit Visitator penitentiam ut essent sub disciplina Ordinis quam ubi peccaverant (si tamen peccaverant) debuissent subivisse, nam cum noster Anglus sederet in novissimo loco quem inter primos quidam licentiatas Hispanus hic conspexerat dixit P. Priori non esse tolerandum in frequentia hominum, qui hæc adveniunt, etsi peccasset, coram secularibus non debere agere publicam penitentiam.

Publica penitentia coram secularibus non est imponenda personis Ordinis quæ non sunt in eodem loco infames.

Ideo ex consensu Visitatoris de die suo in loco resedit. Eadem de causa etiam turbatio Lovanii.

Priori Domus Lovanii (D. Joanni Baptistæ Danielis) fit misericordia ad suam magnam instantiam. Et præficiunt in Priorem dictæ domus Lucam Paludanum Procuratorem, qui erat impenitentioris lingue, sed bene et æconomice præfuit usque ad mortem. Et D. Antonius Vander Braud missus est Leodium.

Domnus quoque Henricus Amelinus dictus ab Artho professor domus Leodii hospes in hac domo et ab omnibus dilectus et honoratus remissus est ad eandem domum suæ professionis in qua peregrinationis suæ finem absolvit, unque religioso dedit salu-

rum a se confectum ex asserere.

### Ordinationes

Quoniam domus Ordinis laborant penuria librorum ad divinum cultum facientium ob defectum maxime Missalium, Prebationum, Diurnalium et Statutorum quae plena mendis apparent, ideo Capitulum generale plurimum rogat R. Patrem, ut pro sua prudentia huic necessitati providere dignetur curando tot quamprimum praedicti libri typis mandentur.

Et nunc pertransierunt 15 anni et amplius et nisi Diurnalia et Missalia habuimus.

Quoniam ad totius Ecclesiae et Ordinis bonum utile fore judicavimus si Chronologica rerum Cartusianarum historia in lucem edatur. Ideo Capitulum generale mandat omnibus Prioribus et Superioribus domorum, ut fundationes, privilegia, miracula, et id genus insigniora et relative digna transmittant ad R. Patrem per exempla fideliter recognita idque intra annum.

Quare D. Gerardus Eligii professor hujus domus ad jussum P. Prioris scripsit Commentarium fundationis hujus domus. Et dicebatur R. Patrem non inventurum qui elegantius scriberet. Et hoc opus illius primum unde cognovimus ipsius ingenium et doctrinam quae sub pallio humilitatis et simplicitatis latebat.

Quare autem praedicta historia in lucem non prodeat non est mihi omnino compertum nisi quod audiverim instrumenta quae missa fuerunt non fuisse satis authentica. Et quid mirum cum Ordo nunquam injusserit ut ista monumentis traderentur, imo pro magna perfectione et humilitate quidam talia contempserunt. Imo ipsi Annales ecclesiastici ex apographis plerumque desumpti sunt, et commune est proverbium de historia quod fides

penes auctorem sit.

Obtulerat suam operam D. Polycarpus de la Rivier jam pluribus libris editis clarus, sed ipsius stylus laconicus non satis placebat R. Patri Brunoni. Est forte verius nec ipsi scriptores quorum maiorem partem non sibi ipsis sat sapere iudicabat, nescio tamen quae benignior aura hoc anno illi afflaverat, nam per chartam praesentis Capituli Priori domus Sulmanica D. Theodoro Petreio scriptori inunxit ut collationem faceret futuro anno. Nihilominus D. Nicolaus Molin Prior domus Sylvae benedictae et Visitator Burgundiae studium suum applicat ad id opus et Chronologiam Ordinis componit quam distinguit per regimina Priorum Cartusiae. Praedictis etiam Polycarpus multas antiquitates eruit ex veteribus monumentis. Nec non quidam Justinus Camellius Neapolitanus clericus Chronicon nostri Ordinis exorsus est lingua Tuscana.

Sequitur tertia ordinatio. Idem Capitulum generale declarat nullis superioribus nec inferioribus Ordinis licere litteras Scribae R. Patris et Capituli generalis aperire sub eadem poena, quam incurruunt qui aperiuunt litteras ejusdem R. Patris, erat autem Scriba P. Petrus Sersval. — Cassae 36 v 8 sol.

Isabella Princeps  
defecit pitacum.

Apud Brabantos et alios Belgii populos varia sunt honestissimorum civium collegia, qui balista, arcu (erant ea maxime nostrorum arma, quibus bella cum hostibus gererent) aut bombardis sese exercere solent. Habent ii in more ut quotannis stato tempore pitacum ferreum, aut ligneum ferramentis munitum, perticae impositum, in altissima turri collocent, quique illum balista, arcu aut bombardis defecerit Rex dicatur. Ad hunc ludum sive exercitium ipsi etiam Principes invitari solent; quae res nostratium animos iis quam maxime obstrictos reddit. Hoc itaque anno Isabella, Clara, Eugenia Belgarum Princeps (quae ut altera Diana non arcu

solum sed et Bombarda ferus gaudet persequi) avi sui Caroli V  
 Cesaris et <sup>patru</sup>avunculi Joannis Austriaci exemplo psittacum balis-  
 ta deiecit maximo universae civitatis Bruxellanae applausu.  
 Innotuit primo populusque Bruxellensis cum Isabella tanquam reginae  
 honorarium 5000 florenorum more gentis obtulisset, illa pecuniam  
 omnem ad reditus sive census annuos applicari jussit pauperibus  
 sex virginibus quotannis dotandis atque in matrimonio collocandis  
 magnum illum Cardinalem Joannem a turrescremata pie imi-  
 tata, qui hoc ipsum summe in Basilica s. Mariae ad Minervam  
 instituit et Romanis Pontificibus et Cardinalibus exemplo praevit,  
 quodque hodie sequuntur sic fr. Balduinus Junius.

Hostia mirau- Sta res se habet cum a praeterito anno Albertus archiduca lon-  
 losa hoc ipso  
 anno 1618 a Prin- quere et deficere ex podagra inciperet quando supplicationem  
 cipibus Belgarum  
 corona alba V. sacramenti miraculose comitari pedibus desit sed ea proxima  
 triplici immen-  
 si pretii ornata domo cerniterii s. Gudulae spectavit, Isabella Princeps juvenescens  
 fuerunt.

incapit et dexterritate hac subditos multum letificavit ac ani-  
 mavit. Ipsa in lecticam effusa cum de more, collocare  
 regium per sacellanum s. Mariae in sabulone ex altari, in  
 quo adservatur, fuisset illi oblatum non est dedignata, re-  
 nitente archiduce, illud velut civis alius, sibi applicare et sa-  
 cerdoti dixit ut peteret quod vellet, Praetor sive Antonius servus  
 honorarius psittacum despectum sustulit ac Juce Celsitudini  
 praetulit rectaque contenderunt ad cameram dictae Guelde

Non irrita missa sagitta est. Bone Deus quanto favore populi,  
 quanto applausu omnes vicisse diceres. Epigramma quod in aede  
 sabulonis legitur suspiciamus:

Dextra parte vestibuli.  
 Annuus hoc templi celebratur culmine ludus  
 lignae cum celsa psittacae, turres sedes  
 eum premit infestis circum plebs festa balistis  
 Rexque salutaris, qui jaculatur avem  
 ecce Isabella aderat, vox telaque torserat arcem  
 Reginam agnovit psittacus et cecidit

Sinistra.  
 obtulit e censu sua dona senatus Elise  
 de templi postquam cuspide petiit avem  
 Inversus ac in censum, censum pulset illa referri  
 vos foret ut senis annua virginibus  
 Hinc senae incidunt, diocincto crine puellae  
 Festo, quo colimus pneuma, sequente diem

ibi propinatum est illi vinum atque acclamatum Vivat Regina non tantum ab iis qui erant in cubiculo, sed a promiscua plebe, qua foris in foro spectabat. Hinc ut augetet letitiam populi etiam ex fenestra bibit, petitque sibi a sodalitate dari pecuniam 50 florenorum, ni fallor, quam repromiserat dare ei qui partem deficeret, ne procedens res in damnum sui Imperator evaderet. tandem palatium repetit applaudante undique populo et flores jacente, et per triduum ignes excitati pulsata maiore campana triumphali, ac fusilia in aerem facta ac bombarda explosa. Sua celsitudo par populo reddere studuit omnesque com-militones suae sodalitates novis et sericis vestibus induit pro futura supplicatione dedicationis quae in feriam secundam Pentecostes dela-ta fuit, quo die singulis annis reiteratur in sabulone cum sex virginibus ex pecunia praedicta dotandis more sponsarum indutis.

Circa haec tempora multum negotii facessivit R. Patri quidam apostata Paulus de la Havoire Sabaudus et quorundam professorum Majoris Cartusiae, qui forte absolutus a Prioratu deseruit Ordinem et necio qua praetensa causa multas lites dicto R. Patri <sup>impulit</sup> indixit ac aliis multis modis et detractionibus afflicti ut ex sequentibus litteris lector colligere poterit quas ideo pono quia haec res actio multis annis duravit et plures Patres implicavit, Venerabilem et Priorem hujus domus D. Immechoven, nam Prioratus sui tempore habitabat praedictus la Havoire in domo Principis Auviaci, quem ex miseratione et commendatione ejusdem nobilis Dominae inter suos domesticos receperat et forte ad evitandum magis malum ne homo prorsus periret, et dicebat Patres Societatis Parisiensis protulisse aliqua in ejus excusationem, de qua re hujus civitatis Patres admoniti a suo Generali se excusarunt. Obtinuerat Breve Apostolicum ut ad alium Ordinem se conferret, sed Patres Ordinis Praedicatorum jam vinum de parte malum non sine pensione volebant recipere vel non omnino tam inquietum. Ejus de causa

sepius huc veniebat doctor medicus Principis qui eum commenda-  
bat a sobrietate quod paucis diebus in septimana comederet  
carnes, respondebat P. Prior se hoc nihili facere sed deesse illi  
humilitatem qua superioribus se subiceret. Intellexi quendam  
Cartusianum zelo permotum litteris datis ad Curiam acerbum  
perstrinxisse quod oportet foret in domo sua; et quod non  
satis aequo animo tulerit Princeps tandem dimissus in Hollandiam  
venit ibi, mox turbas excitavit atque bona Cartusie Majoris  
et Capituli arrestare curavit, eoque delegavit Patres Ordinis  
R. Pater, et has epistolas a Gubernatore Delphinatus quamvis  
haereticis ad Comitem Maritimum et Status Hollandiae impetravit.

Au Prince Maurice.

Monsieur, après qu'un nommé Paul de la Ravoye cy devant  
religieux de l'Ordre des Chartreux a eu évité l'exécution de  
plusieurs prises de corps, qui à cause de sa mauvaise et scan-  
daleuse vie ont esté octroyées contre luy tant à Rome que au  
Sénat de Chambéry, au Parlement de Grenoble, de Paris, de Dole  
et d'autres corps souverains: En a eu avis qu'il s'en est allé aux  
pays-bas et estats de Hollande, ou en diffamant Don Bruno  
Général dudit Ordre il poursuit main-levée de quelques  
biens, qui leur appartiennent en ce pays-là, figurant d'avoir  
eu quelques arrest contre ledit Général de son Ordre pour des  
imaginaires prétentions qu'il n'a jamais peu faire apparoir. Et  
parceque sous ces faux et feintz prétextes il pourroit obtenir  
l'effect de sa demande envers Messieurs des Estatz. J'ai veu  
Monsieur vous devoir informer pour l'affection que j'ay à  
vers dudit Ordre (qui en ceste province se portent en fidelles ser-  
viteurs du roy) de la vérité des actions dudit Don Bruno qui  
est estimé de ceux qui le cognoissent pour un des doctes  
personnages de son temps, et des plus hommes de bien de sa pro-

jession, et au contraire ledit Ravovie pour un des plus vitiens et  
 bouillons qui se puissent trouver, n'ayant aucunes légitimes pré-  
 tentions contre le Général ny particulier desdicts Chartreux, mais  
 seulement voudroit estre payé de quelque somme d'argent qu'il a em-  
 pruntées pour subvenir à ses desbauchées, et pour troubler s'il eut peu  
 ledit Ordre. Ce que je scay pour cognoistre très bien cest homme là, et  
 et l'avoir veu en ceste ville faisant les mesmes plaintes qu'il peut encores  
 aujourd'hui faire aux pays où il est. Par ainsi je vous supplie très hum-  
 blement, Monsieur, d'apporter votre faveur et crédit envers Messieurs des-  
 dicts estats à ce qu'ils ne se laissent persuader par les calomnies et char-  
 latteries dudit de la Ravovie à lui octroyer aucune main levée des-  
 dicts biens. Et si desjà elle estoit donnée qu'ils leur plaise la révoquer,  
 et surtout permettre que cest affronté soit saizy au corps en vertu  
 de tant de pouvoir qui en ont esté données audict Général, et lui  
 estre amené pour recevoir telle punition de ses fautes qu'il mérite.  
 La grâce que vous départirez en ce subject à ceux de cest Ordre  
 me sera aussi chère que si en mon particulier je l'avois reçue.  
 Puisqu'en cela je veux croire que cette mienne recommandation  
 aura plus tost opéré envers vous que nulle autre considération.  
 En recognoissance de quoy je vous rendray mon très humble  
 service et demureray toujours en priant Dieu, Monsieur, vous  
 continuer ses plus singuliers faveurs en santé et longue vie.  
 C'est le vœu de votre humble et obéissant serviteur

A Grenoble, le 8 de Juin 1615, Les Diguieres.

A Illustres et puissantz seigneurs Messieurs des Estatz  
 et Provinces unies des Pays-bas.

Illustres et puissantz seigneurs. La cognoissance que j'ay de-  
 puis plusieurs années de la doctrine et des vertueuses dépar-  
 tementz qui se trouvent en la personne de Don Bruno Géne-  
 ral de l'Ordre des Chartreux par la commune opinion et resp.



port de ceux qui l'ont partiqué, et parce que moy mesme en  
 puis avoir eus tant pour l'avoir veu en la grande Chartreuse  
 que pour n'ignorer pas la pluspart de ce qui se faict en icelle,  
 qui est fondée dedans ce gouvernement, et fort proche de ceste ville  
 m'oblige à vous rendre ce véritable tesmoignage de luy à vos sei-  
 gneuries que les impressions que vous peut avoir donné au con-  
 traire du desbauché religieux du mesme Ordre nommé Paul de  
 la Barroie ne sont que menteries et pures calomnies. Il est né-  
 cessaire que vous en soyez informez puis que sous des faux pré-  
 textes cest importeur ne se contentant pas de calomnier ledit  
 Dom Bruno veut se prevaloir injustement de quelques biens que  
 ledit Ordre a dedans vos Estatz disant qu'il a obtenu des arretz sur  
 des prétentions imaginaires contre ledit Général de son Ordre  
 dont il n'a jamais peu faire apparaitre notamment par devant  
 le vice légat d'Avignon, qui à la réquisition du dict la Barroie  
 avoit esté député Commissaire par le Pape pour cognoistre des  
 dites prétentions; mais au contraire il a toujours refusé de com-  
 paroir par devant ce Commissaire ainsi qu'il appert par  
 le procès verbal qui en a esté dressé. Aussi ledit Vice légat  
 cognoissant l'importune et mauvaise vie de cest homme de-  
 cerna contre luy une prinse de corps ainsi qu'il a fait le  
 Parlement de ceste ville, celui de Paris, celui de Besançon, le  
 Sénat de Chambéry en Savoie d'où il est natif et plusieurs au-  
 tres corps et Princes souverains après qu'il a esté cognu d'eux.  
 La mesme cognoissance estant parvenue à vos seigneuries  
 je n'estime pas qu'elles veillent porter ny souffrir qu'une  
 si miserable personne se prévaille de votre faveur et autho-  
 rité au préjudice de la réputation d'un homme d'honneur  
 et du bien d'une Compaignie dont il s'est rendue indigne. Si  
 je ne professois une contraire religion à celle desdicts

Chartreux on pourroit présu-  
mer que la passion que j'aurois pour  
eux préoccupoit mon desir à vous dépeindre ledit la Ravoir tel  
qu'il est présenté sur ce papier, mais n'estant en ce subject d'autre  
mouvement que de celui de la vérité, et de la réquisition que m'a  
fait ledit Dom Bruno de la vous certifier par ces lignes je veus  
espérer que vous donnerez croyance à ces miennes paroles. Parfant  
je vous supplie très-humblement ne souffrir que ledit la Ravoir  
persiste dedans vos Estatz à calomnier ledit Dom Bruno, ne per-  
mettre qu'il obtienne aucune main levée desdicts biens des Chartreux  
assis sur vos dominations. Et si desjà il en avoit obtenu la résiquer  
et enfin permettre que cest effronteur soit saisy au corps et amené  
à son Général pour subir le jugement et chastiment qu'il mé-  
rite. Si ceste mienne intercession trouve lieu à l'endroit de vos  
seigneuries j'auray une extrême obligation à leur rendre ser-  
vice, à quoy je me porteray tousjours avec une entière affection,  
et cependant je prieray Dieu, Illustres et puissants seigneurs, vous  
continuer et accroistre ses saintes grâces et bénédictions selon  
le souhait de, ut supra, 8 Junii 1615.

*La Digiene bene merendo de religiosis tandem hanc a Deo gra-  
tiam consecutus est ut fidem orthodoxam amplecteretur, atque  
in ea vitam finiret. Princeps Curvicius sincere catholicus non  
tamen magnam benedictionem consecutus est ob receptum  
fugitivum ab Ordine, nam misere casu interit.*

P. Prior hac destate diligentia Procuratoris sui ambitum  
clausit muro in quo sunt ostia cellarum, scilicet a cella  
litteræ D usque ad cellam litteræ N exclusive fere dimidiam  
partem, et tunc fuimus inclusi, nam hactenus nisi claude-  
bamur humili sepe, et tamen nunquam contigit aliquod  
furtum, vel fuga aut scandalum. Propter hoc Deus erat nobis  
pro muro et antemurali.

Et quia includebatur puteus in ambitu, qui hactenus servierat hortulano  
 officiales curarunt alium fieri in orto sed nimis profundum in loco  
 demisso quia non potest commode exhaustiendis mundari hinc fere  
 inutilis manet, sed et alium inchoaverunt prope culinam vualones  
 operarii, interea cum idissent in Harmoniam ut interessent dedicationi  
 parochie sue, non fuerunt recepti in civitatem dum reverterentur,  
 quia pestis grassabatur valde montibus Harmonicis, et a binis civi-  
 bus portae hujus urbis custodiebantur, nec illae venientes intrmitteren-  
 tur. Ideo per alios majori pretio conductos fuit perfectus puteus (un-  
 de facta est anthlia), postea repletus fuit quia aqua erit nimis  
 turbida.

Sacra ossa S. Macarii episcopi Antiocheni montes Harmonicis  
 ad propulsandam luem epidemicam, qua tunc eadem urbs gra-  
 vissime laborabat ex urbe Ganda sunt transvecta magno civium  
 bono, quae quidem feretro argenteo affabre elaborato a Montem-  
 sibus in beneficii accepti memoriam inclusa mense Julio  
 anni proxime sequentis magna pompa Gandavum sunt  
 resecta ubi in basilica cathedrali religiose adservantur. Et hoc  
 factum est pia sollicitudine Rmi Domini Henrici Francisci  
 Vander Bruch qui per hoc tempus ex episcopo Gandensi cre-  
 atus archiepiscopus Cameracensis sub eius diocesi cita Mon-  
 tensis urbs.

Item ossa piissime virginis Liduinae seu Liduigis Alber-  
 tus et Isabella Belgarum Principes Schidamo Hollandiae  
 oppido Brussellam secreto transfrenda curarunt, ne a  
 Calvinianis violarentur, de qua translatione caput dipl-  
 ma Mathiae Hovii Meckliniensis archiepiscopi Januarii 14  
 anni 1616. Os unum pergrande ejusdem virginis cruci ar-  
 gentea ac vitro cristallino inclusum anno 1616 ab Infante  
 Isabella ejusque marito Alberto Pio per Aub. Obineum

domo missum est illustri nobilium virginum Canoniarum collegio  
Montensi (quae ubi adhuc tunc pestilenti laborabat) et die 14 Septembris  
collocatum ibidem in basilica S. Waldevindis per Henricum Franciscum  
Bussignium abbatem S. Dionysii universo clero senatus ac populo co-  
mitante nec pia merces defuit cessante nimirum ex eo tempore pestilentia.

D. Vincentius Knibbe In septembri, si bene recordor, D. Vincentius Knibbe suscepit effectum or-  
be fit sacerdos.  
De hac quaestione dixerim presbyteratus eo die quo complebat 24 annum circa 7 horam ma-  
Vide Sanchez in opus  
tom. 2, lib. 7, dub. 33, tutinam, et nisi ab hora incipiebat agere 24<sup>um</sup> qui requiritur secundum  
no. 6. Ipse existimat  
quod si ultimum Concilium Tridentinum, nescio qua dubietas ministros archiepiscopi  
dies status sit subierat, ut peterent ab ipso an haberet aetatem, quod si pridie fuisset  
inceptus potest petitorium non potuisset respondere absque mendacio, et re examina-  
quis ordinari etiam ante ta maiorem habuisset difficultatem, desinente octobri primitias  
aliquot horas, quia in favo- cantavit, intererat Dominus Fadart decanus avunculus ipsius.  
rabilibus dies captus habetur pro completo. Mores recreationes nunc habuit quam sub P. Immechorio, qui  
eum in meridie revocavit ad monasterium (cum tamen ipsi et  
amicis prandium parassent parentes) et hoc sine rationabili causa,  
erat hinc recenter professor et subdiaconus, sine longa tergiversatione  
paruit et sine multo murmure comedit cum P. Priore.

In principio Novembris reversus est ex Domo Capellae huc ad domum  
suae professionis D. Joannes l'Apostole quod tertia laborat, reli-  
quitque ibi pro paupere domo optimum suum habitum, qua  
de causa Prior eo se contulit nec recepit quod venisset ad domum  
illam. Superiori anno valetudinarius ex domo hymana affuit  
a domo quatuor annis et parum amplius.

In festo S. Catharinae Virginis et Martyris (quo die Maximilia-  
nus frater archiducis nostri Alberti civitatem Brussellensem  
intraivit) professionem emisit sub D. Gisberto Priore S. Deodatus  
Vischer cuius parens dedit 300 aut 400 florenos pro perficienda  
cella littera M. notata, quantum ad inferiora deditque fene-  
stras prout insignia ipsius demonstrant.

Amplissimus Cancellarius d'Amand in favorem Prioris nostri, dedit ex penurio per diversas vices aliquot vasa vini, et in gratiarum actionem pro impetrata participatione Ordinis hoc anno dedit 40 florenos, cumque P. Prior instaret pro edificatione ecclesie dixit se futurum nostri memorem in testamento suo quod et fecit ut postea dicitur.

Anno 1616 primo die anni et Jacobus Courtray apoticarius noster dedit unicuique religioso album poculum medice pinte pro refectorio et tunc vino plenum quod una nobiscum in refectorio comederet.

10 Januarii vestitus est Guilielmus Kermaker tyranus pro donato juvenis modestus et obsequiosus qui artem sartoriam noverat et legere.

10 Calendas februarii obiit fr. Adrianus Cosyns donatus domus Capelle, qui contulit summam 2.200 lib tes pro reedificatione templi combusti.

6 Martii celebravit in nostra ecclesia primitias suas D. Robertus Gaillant secularis sacerdos qui fecit convivium amicis suis in hac domo et conventui pueritiam dedit, ac ecclesie albas candelas reliquit. Fuerat antea advocatus sed exemplari conversatione et admonitionibus D. Joannis Richardi in tantum profecit ut celibatum et presbyteratum eligeret atque instructus fuit in ecerimoniis, familiaris fuit etiam D. sacriste et ante dederat ornamenta pro altari S. Annæ scilicet antipodium et casulam ex damasceno albo et cortinas sericas, magnam fenestram in ambitu, etc. tanque <sup>domi</sup> institutum Societatis Jesu amplexatus est in quo diu non vixit.

Post lecturam invitatus fuit magistratus a P. Priore qui dedit 600 florenos, ex quibus volebat ut P. Prior extimeret

portam anteriorem sed obtinuit pro cella littera C edificanda quoniam opus ambitus urgebat et juvenes Brussellenses instabant pro loco.

Archiduces quoque dederunt 400 florenos pro sex fenestris ponendis in magno claustro ante cellas ipsorum sumptibus edificatas.

Circa Pascha P. Prior ordinavit ut Conversi et laici processerent monachos in supplicatione ac fieret per magnum ambitum qui necdum perfectus erat.

Nam in abbatu inceperunt facere fundamenta pro interiori muro in quo sunt fenestrae ad quas usque perduxerunt.

Et quia lapides fenestrarum antiqui monasterii non sufficiebant (quod fracti et desperditi essent) ceperunt fodere lapidinam milliari ab urbe in fundo nostro, et post multam erutam terram tandem pridie festi Corporis Christi invenerunt lapides, ex quibus perfecerunt ambitum, nostri officiales et successores anteriorem domum edificaverunt. Patres quoque Societatis qui templum suum magnifice edificabant emerunt pro 600 florenis plus minus.

Circa 20 mensis Januarii obiit Anglia Ill<sup>mus</sup> Princeps D. D. Carolus rex Archoptanus Comes Arnhembergius Dominus territorii anglicensis quod ab Henrico IV. rege Francie erit. Fuit commendatus in carta Capituli. Et in aula ac civitate hac cessatum a publicis spectaculis, quae circa illud tempus exhibentur.

Capitulum generale celebratum est in Cartusia 2 Abbatu et sequentibus.

Obierunt 63 monachi, 30 Conversi, 3 Abbatiales, 18 Donati: 114 personae, inter quas D. Joannes Hincius professor domus Rutilde, Vicarius domus Wesalicae alias Prior domorum Hurcundor et Rutilde. Fueraat ante ingressum Ordinis Canonicus S. Joannis Evangelistae Leodii et benefactor hujus domus.

Et soror Catharina Archemant Priorissa domus Abbatialis

Brugis que fuit ex nobilitate melioris notæ et sub qua templum ipsarum ædificatum est. Successit que nunc adhuc preest Catharina Le Clerque electa a conventualibus propter dotes animi, quia ex plebeis parentibus nata est cujus frater in seculari proba hic phrenesim incurrit.

#### Ordinatio Provincia

Priori domus monachorum Brugis non fit misericordia. Et D. Joannes charensis professor domus Leodii (qui ab anno 1609 fuerat vicarius ibidem) exerceat officium sacristæ.

Priori domus sylvæ S. Martini non fit misericordia. Et D. Adrianum Kellenberg professor domus tyra ibidem a Visitatoribus super annum Procuratorem institutum confirmamus, in quo officio satis diu perseveravit.

Priori domus Brussellæ non fit misericordia, et D. Joannes Richardus professor ejusdem erat ad domum monachorum Brugis ibique exerceat officium vicarii.

Priori domus S. Lophide non fit misericordia, et D. Arnoldum Kegha professor domus Leodii ibidem super annum a Visitatoribus Procuratorem institutum confirmamus, sicut ante Procurator sylvæ S. Martini, sed P. Immechoven illum petit.

In domo Lovanii D. Theodoricus a fine male collineans in finem sui instituti in pejora ruit, cum in principio suos superiores ad rectiora reducere fingeret. Deus miseretur ipsius.

Negotium D. Anselini cum Priore domus Leodiensis compositum fuit.

#### Ordinationes

Ordinationem precedentis cartæ, que incipit Quoniam domus Ordinis confirmamus et similiter sequentes que incipiunt Quoniam ad totius Ecclesie et Ordinis bonum, et idem Capitulum generale declarat, etc., et ut omnia or-

inate et integre quae imprimenda sunt imprimi valeant, et non desit quid-  
quid in eis quod desiderari possit a Patribus Ordinis mandat Capitulum gene-  
rale omnibus Prioribus totius Ordinis, ut si quae sint apud eos digna consi-  
deratione, quae impressioni jam factae addenda seu demenda seu corrigenda  
sint in hac nova impressione, unusquisque eorum infirmare ve-  
lit. Visitatori Provinciae, qui ea quantum poterit R. Patri transmittere  
curabit. — *Capa: 37 v.*

Hoc anno nullus Priorum hujus Provinciae ad Capitulum ascendit  
quia flagrabat bellum in Francia inter ipsum regem, reginam ma-  
triam et Principes regni, ob initum matrimonium cum Infante Hispani-  
anum. Ideo P. Visitator misit Donatum domus Leodiensis ex partibus  
Sabaudiae viundum, qui litteras deferret ad Cartusiam, sed redeundo  
incidit in latrones qui eum vulnerarunt ac in aquas propecerunt nec  
non sarcina octo pondis spoliaverunt, quam intellexi postea Prioribus  
Ordinis fuisse restitutum. Milites praemonerat bofules non esse in  
ea quidquam quod posset illos ditare, et si esset scrutarentur ac  
auferrent litteras solum redderent, verum dux respondebant, et ut  
in sylvam ulterius cum ipsis progrediretur imperabant, ac os ipsius  
obstinebant ne clamaret, cumque eum spoliassent ac vulnus cir-  
ca gutture inflaissent abierunt vias suas. Ipse curandus ad  
proximiorum domum Ordinis divertit cuius Prior ad Cartusiam  
misit pro carta saltem Capituli habenda, leviorque fuit  
illi sarcina. Voluerat ab ista via deflectere sed R. Pater ei  
in mandato dederat ut recta Bruxellas contenderet. Igitur  
usque ad finem Junii expectavimus cartam, et quia diceba-  
tur aliquis nostrum Brugas discessurus (qui fuit D. Richardus,  
ut diximus et ipse praesciebat) ideo P. Prior tres postulantes juvenes  
predestolari jussit adventum cartae, ut esset commodior locus, et  
eos eorumque constantiam melius probaret.

Scrípserat ad D. Petrum Serval scribam Capituli P. Prior Pater



minimos instare pro loco primario foundationis nostrae in Schuet, ab  
 eo consilium et auxilium petens; et revera hoc anno fama cons-  
 tans erat rem sic se habere et frequens erat sermo inter cives  
 quorum aliqui zelabantur pro nobis, et dicebant nos de loco tot  
 annis possessore non debere deturbari. Cum enim Dux Aumalica vellet  
 illis Anderlaei iuxta domum suam monasterium construere, Patri-  
 bus canonici dissuadebant ne in tam vili valle edificarent sed  
 potius nostrum locum in Schuet peterent ubi erat adhuc sacellum,  
 et locus patens ac aer salubris, hoc tamen faciebant (ut aliqui au-  
 tumant) ne haberent illos tam propinquos suorum morum inspec-  
 tores et censores, hinc ante Quadragesimam praedictus Dux Auma-  
 lica (cum licentia tamen P. Prioris) curaverat in praedicto sacello (mi-  
 raculis ad iconem B. Virginis clavis) abissam cantari per Patres  
 Minimos pro filia sua unica, quae tunc infirmabatur, et ha-  
 bitabat in aula Principis nostrae Isabellae post mortem ma-  
 tris. Anno D. Hubertus abbas canonice Antwerpensis et  
 sacellanus ~~sax~~ Celsitudinis ex eius commissione locum invi-  
 sit et adiens P. Priorem eum non celavit quid rei ageretur,  
 et unde locum haberemus petuit.

sed ipsimet judicaverunt locum ab aliis domibus et frequentia  
 hominum remotum sibi non convenire. Quis contra dice-  
 bant aliqui suam Celsitudinem velle nos ad priorem locum  
 reverti et de loco hoc in civitate provideretur Minimis sic  
 ubique videbantur velle nos supplantare sed rumor erat  
 hominum cui forte nostri etiam dederant causam, dum  
 ad locum istum adhuc adhaerent et damnarent praedes-  
 sorum sententiam qui intra civitatem edificaverunt essentque  
 aliqui nobiles vicini qui aliquid conferre promitterent sed  
 sero nimis, cum jam ubique fere fundamenta eversa essent  
 et materialia haec comportata.

Haec de rumore, de revera in festo S. Barnabae duo

Receptores civitatis posuerunt primariam lapidem pro cella notata M, qui dederunt camentariis 3 florenos, magistratus, ut dixi, 600 florenos: et ipsis Patribus Minimis sub finem Junii receptis convivium solemne.

6 Junii Dionysius Simon de Marquemont archiepiscopus Lugdunensis ecclesiam Cartusianorum in sua civitate dedicavit.

Et Junii duo fossores in lapidina nostra fuerunt cooperiti humo sed statim extracti, nihilominus semi-mortui ducti sunt ad civitatem in xenodochium et Dei benignitate convalescerunt. Lotrix etiam nostra circa Quadragesimam presens periculum vite evasit quae nuper jam satis debite procreta nepta erat auriga noster Aegidius, dum una cum ipso viet in schuet cecidit ex carruca et rota transivit super faciem suam, et dum inelamaretur aurigae, sistit inro et retrocessit ac rursus rota faciem miserae pertransiit ac pene confecit, convaleuit tamen et usque ad annum 1630 nobis inservivit. Convalescerat etiam noster latomus

\* murum demo. qui ex casu in schuet 1614 degrotaverat. Des laus semper reddatur. lius probalen- dis lapidibus fenestiarum

9 Julii admissi sunt ad primam probam duo juvenes Brusellenses, Philippus flameng et D. Judocus Ginderthalen, ambo recepti in festo S. Laurentii, et prior vestitus 3 septembris qui tamen ad professionem non pervenit. Tertius filius Piscatoris, quamvis 1000 florenos offerret et multos amicos adhiberet non fuit receptus quod ex combustione de formis esset in facie. Parentes depre ferebant spem receptionis illi factam fuisse.

Quinque Prio- res hospites in hac domo et duo Procurato- res.

Ad supplicationem V. sacramenti miraculose diventerunt ad hanc domum quinque Piores nostri Ordinis, Prior Sylvae ducis P. Im- mechoren, Prior domus Gallionis (pro negotio de Laravoir), Prior domus Monachorum Gornay qui nunc huic domui praest, Prior Leodiensis et Prior Anglorum et duo Procuratores praeter servos et alios famulos.

27 Julii obiit clarissimus et amplissimus Dominus Nicolaus Ita- mant cancellarius Brabantiae, cupis haeredes eodem die vel sequenti miserunt 100 florenos ex testamento nobis legatos ut

oravimus pro ipso, quae vivens nobis beneficia contulit superius recensui.

Anno 1616 Philippus III Hispanicarum  
regis a singularum provinciarum  
ordinibus data acceptaque fide  
Belgarum Princeps dicti Alberti quam regem Hispanicarum.  
Alberto Austriaco  
patrueli avunculo  
affini, sororis sue  
cessum inaugu-  
ratus est, qui ta-  
men morte pre-  
vixit Albertum

Hoc anno, ni fallor, res Hispanicarum petiit a provinciis Belgicis  
quae parebant Alberto archiduci juramentum fidelitatis sibi praestari,  
status alium non recepturos aut agnoscuturos Principem post mortem  
Alberti quam regem Hispanicarum. Hoc forte factum est tam  
mature propter Ducem Sabaudiae qui alteram sororem, Isabellae  
habuerat in matrimonio et ex qua plures proles suscepit. Et agra-  
ta voluntate modernorum Principum ordines non contradiderunt,  
Philippus tamen tertius nunquam fuit proprietarius Belgii  
Princeps, nam obiit ante Albertum. Marchio Spinola ex nomine  
regis in Charica monte vel Bissii Statibus convivium regale <sup>edit.</sup> struxit.

D. O. M.

Carolus Philippus de Roden H. S. C. genere illustris, virtutibus  
illustrior ad summa ascendit. Fuit canonicus decanus cathedra-  
lis ecclesiae Gandensis, deinde praepositus D. Waldetrudis montibus  
statuum ecclesiarum ordines induxit, fuit Lynhamensis, mox  
Middelburgensis post hujus ecclesiae episcopus. Amissum hujus  
posteri, vere vivum obiit VIII Julii anno MDCXVI.

Is fuit ibidem de primario consensu inter Marchionem J<sup>u</sup>stau-  
rech qui se dicebat Ducem de Croÿ et recentem Ducem Arschotanium  
ex Domo Cremsbergica, et ferre contentio ad duellum devenisset  
cum uterque haberet milites et nobiles paratos ad pugnam,  
sed auctoritate Principis dirempta est, Dux Arschotanus in  
partes Leodienses se recepit, ac archiduci sibi magis indignanti  
obicit quare non permisisset intrare Ordinem Dicalceato-  
rum, sicut uxore viduatus intenderat. Tandem Dominus Rec-  
kins novus Cancellarius rem composuit. Dortmundum, Susatum  
Lipstadium et alia oppida Ditionis Juliacensis milite pre-  
sidario contra Patavos firmantur mandato Caesaris et Al-  
berti Belgiarum Principis (per Comitem Bergensem, si bene)

recondere, et circa Pascha.)

Flissinga Brila et alia oppida Anglis per ordines Belgicos confederatos oppignorata alieno ere persoluto eisdem ordinibus restituantur.

M. Antonius de Dominis ex Spalatensi archiepiscopus infamis apostata ex dominio Venetorum per Germaniam et Hollandiam fugit in Angliam. Fuerat is e societate, sed nulla est in orbe tam sancta, in qua non inveniatue quandoque unus Judas.

Inter Ferdinandum Austriacum et Venetos bellum exarscit propter Usucos mare Adriaticum infestantes.

Eiusdem Ferdinandi uxor, Maria Anna Guilielmi Bavariae Ducis filia moritur.

10 mensis Septembris visitarunt hanc domum S. Prior Gandensis et Prior Sylvae ducensis Visitatores ordinarii, per quos non fuerat visitata ab annis novem sed per Patres Commissarios, quibus voluerunt videri moderatiores et benigniores, unumquemque in spiritu lenitatis et paterne sui officii admonentes et congratulati sunt nobis de promotione fabricae, fratremque Andream Conversum instituerunt dispensatorem, et 16 die suam Visitationem abolverunt. Ordinationes praecedentis Visitationis confirmarunt excepta tamen ea quae est de pulso ad Primam, quem malimus fieri juxta antiquam consuetudinem Provinciae et usum multarum domorum videlicet in destate hora quinta. Perseveravit usque ad annum 1621 quae tunc fuit revocata, nec videtur alibi esse in usu cum experientia discamus nobis onerosam.

In solemnitatibus quibus Prior facit officium Conventus non egrediatur chorum donec Prior exuta cuculla redierit e sacristia, et primus exierit alio interim juxta sedes suas stantibus, et eidem transeunti reverentiam exhibentibus. Haec prorsus nova constitutio quae etiamnum observatur.

Novitii non fuesent sacristam in verrenda vel ornanda ecclesia,

sed hoc faciant juniores professi, Et Novitii verrant sedilia et mudent lanternas idque non sub abbinis privatis sed immediate sub finem earum. Alibi hoc fuisse ordinatum intellesi et satis provide, nam cum Novitiis non debet esse tam familiaris conversatio.

17 Septembris habita monachali donatus fuit D. Judocus Ghindertalen Brusellensis cupus vestitioni interfuit Prior domus Gallionis (qui rursus ex Francia recens advenerat) et D. Ferdinandus Geron Hispanus (qui hoc tempore ecclesiam nostram frequentabat dabatque candelam albæ cere accendendam continuo die ac nocte coram V. Sacramento). Parentes Novitii liberaliter miris ministraverunt conventui saccarum et vinum, quæ vendebant.

24 Septembris fr. Ludovicus de Pese Antuerpiensis cognatus Prioris vestitus est pro Converso.

26 ejusdem mensis Ill<sup>mus</sup> Dux Arschotanus incepit uti sacello nostro ad portam et edie curavit cantari missam de Requiem pro uxore sua defuncta per cantores suos quos alebat, cumque veniret in ambitum et abessent officiales non agnoscebatur, nisi quando intulit sermonem se fuisse in Cartusia Angiensi, tunc Anglus noster, quem petierat videre formiantem suspicatus est illum esse, et sacrista petiit aulice sibi ignosci si non ea quæ par erat excipisset eum reverentia, quidam octogenarius viri, qui fuerat avunculi sui Ducis Arschotani economus, et solebat in ambitu nostro ambulare et suas speculationes habere titulo Excellentie suæ eum honoratus fuerat alias quia legebat patrem, nec adessent alii Nobiles præter famulos, ut dixi, non agnoscebatur aut sciebatur eum Brusellas reversum, tota hac hyeme nostro sacello usus est propter doxale et quia Pontifex prohibuerat missam celebrari in privatis domibus, eo quod isti Principes spernerent in suis lectis in meridiem usque non sine gravamine sacerdotum nec coeundo

ad ecclesiam populum edificarent et aliis de causis sua Celsitudo prohibuit idem fieri in suo privato oratorio, donec Nuntius Apostolicus mentem Pontificis interpretatus dicit legem pro ipso non fuisse latam.

Hoc mense septembri obiit D. Hieronymus de Wydes Prior domus Cappellæ professor et alias Prior domus S. Audomari nec non domus Gosnay et Vicarius domus Monialium ibidem. Fuera ante ingressum Ordinis nobilis et matrimonio punctus, ut dicitur.

Conventuales in eum locum elegerunt D. Melchiorum Charles Procuratorem domus Monialium Burgis professorem domus Lovaniensis; sed P. Visitator noluit eum confirmare quia erat utilis et necessarius economus dictæ domus, et non videbatur habere sufficientem litteraturam pro officio Prioris, quamvis Moniales pretendant se privilegium habere quo sibi invitis non possint subtrahi officiales. Quidquid sit ipse libens cessit electioni dese factæ, et h. Pater dedit reverso conventui electionem, qua depre satis electus D. Michael Zensem professorem domus Lovaniensis jam etate grandævus, et qui Prioratum in diversis domibus gesserat, quare P. Immechoven (subridendo) multos annos precabatur.

6 Octobris in festo S. Brunonis Patris nostri delata fuit in supplicatione pulcherrima crux illa argentea cum imagine Christi crucifixi, B. Virginis et S. Joannis quam procuravit D. Joannes a Bitterswyck sacrista ea pecuniis quas dabit D. Ferdinandus de Gerou pro Moisis celebrandis. Constat 233 florinis et 11 stiferis prout gallica hæc scheda declarat.

La croix pèse 66 onces et unq  $\frac{1}{4}$ . L'onçe d'argent vaut 58 patters et unq  $\frac{1}{2}$  ainsi qu'elle pèse en argent 183 florins 17 pater  $\frac{1}{4}$ .

Pour la façon fault. y 15 patters pour l'onçe que monte à 49 florins 13 pater  $\frac{3}{4}$ . Summa summarum elle coûte 233 florins et 11 patters. En patters sont 97 environ.

Refectorio interfuerunt aliquot sacerdotes seculares qui ebrietas celebraverant in ecclesia et in sacello anteriori, et aliquot laici, vinum propinatum fuit ex parte Domini Gaillaert singularis domus amici,

Fonte S. Herveii 15 Octobris R<sup>mus</sup> episcopus Parisiensis in sacello cantavit ebriam Gaudium, qui a Paulo V anno cum musicis Ducis Arschotani (qui etiam aderat, ac ornamenta 1618 etiam Car. dinalis creatus premiserat) fecitque commemorationem de S. Brunone, 23 Septembris antequam ad nos adveniret dux, interfuerat Vesperis nostris cum Comite Cantecrois.

8 Novembris in solemnitate Reliquiarum primum usi sumus casula viridi damascena quam dedit Dominus decanus S. Pharildis Gandavi.

15 Novembris posita fuit crux lapidea super occidentale pinnaculum templi, et alia crux ferrea translata in oppositam partem.

16 discessit hinc Brugas confrater noster D. Gerardus Eligi non minus doctrina quam modestia praeditus ac pacificus. Erat tunc infirmarius ut esset (quamvis juvenis satis) Monialibus a sacris et confessionibus quia Vicarius eorum jam pro senio deficiebat et oculi eius caligabant ut non posset celebrare, devota illi fuit et inopinata obedientia ut a lechymis via se contineret sed consolabatur se verbis prophetae dicentis: Non erravi te pastorem sequens, sic hae aetate duorum confratrum D. Richardi et D. Gerardi solatio destituti et praesentia multas dehinc tribulationes et turbationes incurrimus (quod sine invidia sit dictum) nam ceteris doctrina, prudentia et aliis dotibus praestare videbantur et ideo ad officia evocabantur.

D. Gerardum comitatus est Brugas P. Prior qui 27 Novembris reversus ambitum ostio prope ecclesiam clausit, et jussit Conventum intrare ecclesiam per majus ostium; haecenus enim per illud quod est a latere intrabamus.

4 Decembris D. Christophorum Tocant quamvis corpore pusillum sed non sollicitudine pigrum instituit infirmarium, qui adhuc hoc anno 1631 isto officio fungitur. D. Joannem

*l'Apostole succintorem fecit.*

Mense Decembri ex rebellibus Aquis-Granensibus duo capite plecti, et alii non pauci proscripti: erecta autem in fori pene umbellio ante curiam senatoriam pyramis exprimens imaginem Joannis Calckberneri (quem sibi consulens rebelles creabant et Juliaci obierant velut in partes quatuor a carnificis secandi hac inscriptione: sic pereant qui hanc Rempublicam et sedem regalem spectis sacre Cesaree Majestatis edictis evertere moluntur: ad damnandum memoriam Joannis Kalckberneri in ultimo tumultu MDCXI hic excitato, inter perduelles antesignani columna hanc ex Decreto D.D. subdelegatorum sacre Cesaree Majestatis erigi jussa. III Nonas Decembris anno MDCXVI. Ex delegatis erat Dominus Vischer pater nostri Beodati.

D. Joannes Sublet dynasta de la Guichonnerie consiliarius regis Christianissimi et Magister Rationum seu Computorum anno aetatis 64 sumpsit habitum Ordinis nostri in Cartusia Parisiensi et anno sequenti 1617, 4 Calendas Martii emisit professionem, abstinentias Ordinis strictè servavit et chorum nocte diuque quamdiu sanus fuit frequentavit. Obiit 10 Septembris 1627. Cupierat Theresianas collocare in territorio suo de Stoyers, sed difficultate victus destitit. Sororis Marice de Incarnatione quae in saeculo vocata fuit Somicella de Acazio, prince Monialis ejusdem Ordinis in Francia confessorius fuit.

D. Richardus Beauconsin professor Cartusiae Parisiensis et ejusdem Vicarius, etc.

Anno 1617 pro strenua novi anni misit Amplissimus Dominus Robianus pastillum sufficiens pro pitantia Conventualium, et die festo Epiphaniae nobiscum pransus est in refectorio ac vinum propinavit; studebat suum domesticum D. Regidium Vintz promovere ad statum Conversorum, qui jam in domo



degebat sub habitu seculari.

12 Januarii ex consensu unanimi totius Conventus fecit donationem suam in manu notarii Guilielmi Keromakes Tyrani juvenis modestus, laboriosus et fidelis, qui etiam nunc cum laude conventui servit in officio portarii, pistoris et dum haec scribo videtur convalescere ex gravi morbo qui illum plusquam duos menses detinuit in lecto, imo vero obiit.

16 Februarii Ill<sup>mus</sup> Dux Arschotanus jussit celebrari in templo nostro Anniversarium pro uxore sua defuncta; et pridie quidem legimus Agendam integram post Vesperas mane in Quadragesima ipso presente quamvis malisset post prandium, sed Prior dicebat non esse moris ut conveniremus in ecclesiam post meridiem (quod tamen commodius fuisset) et singulis sacerdotibus injussit Missam dicendam pro eadem Domina. Summam autem Missam cantarunt seculares sacerdotes S. Gudulke et cantores Domini Ducis cum pulcherrimis ejusdem ornamentis, casula, dalmaticis, antipondis, cappa seu pluviali antipondio et panno maximo super feretrum ex phrigio opere cum glumis argenteis quae representabant crania mortuorum. Intererat officio ipse Dux cum sororio suo Duce de Borneville. Et dedit conventui pitantiam singulis poculum vini et misit pisces. Nus est sacello anteriori tota hac hyeme usque Pascha, tribus fere diebus per hebdomadam ibidem cantabatur musica. Sacrista noster habebat in custodia ornamenta et vasa argentea.

Recepit V. Prior circa idem tempus 130 florenos a quodam alio Domino pro Missis celebrandis, quam pecuniam applicuit pro comparandis ornamentis ecclesiae, ut nosse dicemus, et hic deberet semper fieri.

In festo Annuntiationis, B. Virgo in Schuet habuit tabernaculum ex testamento fratris Andree Vander Meoren.

Galleria seu  
 Clavinus peris-  
 tylium ambitus  
 perficitur atque  
 tegitur

In Martio ceperunt nostri officiales perficere ambitum a cella litteræ E exclusive usque ad cellam litteræ L notandam absque cellis, quod opus jam a biennis inceperant, et nunc fenestrarum lapides posuerunt et usque ad tetum perduxerunt quod absolutum fuit 11 Augusti.

In Aprili inceperunt quoque in fundo nostro prope molendinum... coquere lateres, et pro sumptibus sollevandis assumpserunt secum Joannem Blikerswyck fratrem Procuratoris et Joannem Van Schuren familiarum domus quæ mercantia non adeo bene successit quia lateres nec valde boni nec multo minori pretio habuimus ibi quam alibi; interim ager erat valde fertilis et vivarium proximam escauriebatur et deficiebat aqua in molendino maximo quod quidam Dominus, qui jubebat ex opposito coqui lateres, hauriebat etiam aquam ex arca seu vitulo contiguo qui influit in molendinum. Hinc querela molitoris, hinc lites cum dicto Domino, quas tamen vicimus cum omnibus expensis. Multæ tamen fuerunt risæ, demulationes et obloquia, propter quæ officiales non destiterunt jus conventus defendere. Obstinatiorum adversarium reddebat penuria aquæ quod in altiori loco terras haberet; sed necessitas industrium istum fecit ut foderet sibi receptaculum aquæ in inferiori parte fundi sui.

Barcinona urbs Hispania antiqua oppidumque plurima vicina per aquarum diluvium gravissima damna patiuntur. - fr. Balduinus Junius.

Nec possum silentio perticantire miraculum quod in Cartusia scala Dei prope Barraconem 12 miliaribus a Barcinone contigisse scribebatur in historia flandrica. Quod scilicet aqua tanto impetu

Solus S. Petrus totum monasterium inundasset, ut religiosi in cellis degentes subito Cases 3 Nov. in cella suffocati collotenus in aquas demergerentur, ex quibus unus id quod pretio ab inundatione magni diluvii, sissimum in monasterio ducebat salvare cupiens (Venerabile sci. quod quidem si nocte accidisset multi alii perissent).

licet sacramentum in altari subsistens, eo velcius accurrat. Res mira!  
cum enim ipso esset aqua profundior hujusmodi zelo accurrat ut om-  
ne periculum contemneret, quia V. sacramentum de periculo eripere  
volebat, nullum tamen ipse detrimentum passus est, nec ultra duos  
vel tres mortuos fuisse in hujus vel sequentis anni carta legimus.

Capitulum generale celebratum 24 Aprilis. Obierunt 44 monachi,  
14 Conversi, 4 Donati, 1 Donatissa: personae 64.

Ill<sup>ms</sup> D. Joannes de Idiagues a secretis Catholici regis Hispaniae  
et praeses ordinum militarium habuit plenum monachatum.  
Puto obiisse in Italia ubi bellum vigebat.

Primum hoc anno impuncta est Messa de Spiritu Sancto pro Ser<sup>mo</sup>  
D. Sigismundo Poloniae rege.

In provincia nostra Joannes Richart professor hujus Domus ex  
Vicario Domus Brugensis factus Procurator ejusdem Domus et nulla  
alia mutatio facta est.

#### Ordinationes

lum nova Cartuside Lugdunensis planta in maximam totius  
Ordinis utilitatem et commodum jam instituto ibidem Conventu  
altius insurgere incipiat, nec tamen nisi perveniente aliquo  
Ordinis subsidio ulterius promoveri possit, propterea hortamur  
in Christo Priores Domorum qui eam hactenus sua beneficentia  
sustentant ut deinceps in eadem caritate pro Dei amore  
perseverare velint, ceteros vero pro sua quisque devotione ei-  
dem subvenire. — Cassa 36 V 20 sol.

Eadem Dominica Cantate receptus fuit fr. Agidius de Wint Mil.  
deburgensis pro Converso et Schaei in solennitate S. Crucis  
vestitus praesente Domino de Robiano Questore Finantarum  
qui illi providit de vestibus et necessariis, quum servierat  
filio suo majori nato..... P. Prior sermonem habuit congruum  
tempori et loco.

16 Maii vitæ diem clausit extremum Ill<sup>mus</sup> D. Nicolaus De Montmorency Vendagii regulus ac Stregarum Comes, Gandavi quo se contulerat pro renovando magistratu. Fuit autem huius domus factus singularis, edidit plures libros devotionis quibus juniores religiosi nunc utuntur imo et res Polonicæ.

28 Maii Venetiis celeberrima et frequentissima habita est supplicatio in qua circumlatæ sunt variae Deipara Virginis reliquie de ejus lacte, toga, pallio, velo, cingulo, quæ recentior reperta erant.

Eodem die 28 Maii Dominica scilicet intra Octavas Corporis Christi posita primum fuerunt ornamenta viridia pro omnibus altaribus scilicet quinque casula antependia et cortina pro quinque altaribus templi quæ omnia comparavit V. P. Prior præcipue ex pecuniis quas receperat pro celebratis missis et quia se aliquid pro dedone domus Dei facere debere iudicabat. Noluit D. Sacristam in hac re sibi aliquid vindicare aut se intrinseccere, nihilominus meo iudicio magnam gloriæ partem ipsi tribuendam, quia exemplo prædixit et pretiosiora ex serico albo ornamenta partim dedit partim procuravit, indigetamus et his pro Dominicis, Deus unicuique suam mercedem reddet.

Ferdinandus Austriacus (Matthia Cesare Maximiliano et Carolo archiducibus aliisque proceribus plurimis cum tota Bohemica nobilitate presentibus) die 29 Junii Praga coronatur rex Bohemice, Alberto Belgarum principe jus omne suum cedente, et rege Hispaniarum, qui tamen petebat per <sup>queveram</sup> legatum a Ferdinando si contingeret progeniem illius masculam deficere regna provinciasque illas ad regis Hispani masculos hæredes legitime natos thoro relictura exclusis peritus a successione Ferdinandi filiabus eamque filiis ac nepotibus, quam conditionem Ferdinandus acceptavit et approbavit. Ordines consenserunt nullo contradicente, et neminem ne per somnium quidem cogitavit fore ut hæc Ferdinandi archiducis in Bohemice regem inauguratio tanto postmodum

incendio, quo universa prope conflagravit patria occasionem praebere.

13 Julii venit ad nos D. Nicolaus Diekhout Hollandus postulans locum habens recommendationem a professore suo Anglo Benedictino. Hucusque erat enim duaci, nonnulla repulsa probatus a D. Priore postea benigne susceptus est ad primam probatum. Et Conventualibus satis placebat, nam egregiae staturae juvenis, urbane educatus, pius et modestus apparebat.

15 Julii D. Martinus Beckius Abbas Diligem prorsus est hic promissitque fenestram pro qua dedit 29 florenos (non est enim dives) cupiens renovare associationem nobiscum. Sed alias epistolas non protulit quam participationem Ordinis quae communiter dari solet.

18 ejusdem mensis D. Priore noster assumptus est a P. Visitatore in collegam pro visitanda domo Sylvae S. Martini.

23 Julii habuimus jubileum extraordinarium a Paulo V Summo Pontifice per 15 dies propter bellum Italicum quod flagrabat inter Ducem Sabaudiae et Ducem Mantuanum pro quo stabat res Hispaniarum, et Dominica sequenti facta est supplicatio cum V. Sacramento multum devota, in qua lectae sunt litaniae Romani officii.

Sex millia peditum et equites mille e Belgio in Insubriam contra Sabaudum mittuntur, et Verceilae expugnantur ab exercitu Philippi III regis catholici: actumque postea de pace, Paulo V per Ludovisium (qui fuit Gregorius XV Papa) agente.

5 Calendas Augusti diebus Jubilei pie obdormivit in Domino D. Bartholomaeus Vicentii professor et diaconus domus Lyrae cuius vitam scripsit D. Petrus Idem epus magister et valet ad excitandum temporem quorundam, sed quia agnoscebat se indiscretionem peccasse sollicitus fuit pius juvenis confratres suos epistola (quam hic subiungo) admonere, ne propterea sibi magis indulgerent.

Postrema D. Bartholomaei Vicentii Corselii ad Conventum Carthusiae Lyrae epistola.

Quandoquidem, Venerabiles Patres et fratres in Christo carissimi, non ita ipse morbus qui vicinam mihi mortem minatur me turbet, quam metus ne quis vestrum ex hac mea infirmitate scandalum patietur, et sic laxioris vite occasionem sumat quasi ego strictius quam deberem vivendo valetudinem destruxerim; suppliciter et quam possum humile linc. per Domini Nostri Jesu Christi passionem rogo ne diabolus vos tali suspicionis laqueo seducat; ne, inquam, tepidiores hoc prætextu ad Dei obsequium efficiamini. Quod ad meæ enim degenerationis causas perlinet (præter divinam voluntatem, et notabiles aliquos excessus quos comisi, ac naturalem tunc corporis tunc animi ad phthisim inclinationem) existimo nihil aliud sanitati meæ nocuisse, quam nimiam superbiam meam, qua sanis superiorum meorum consiliis nolui acquiescere, sed de propriis magis meritis quam Dei bonitate præsumens, quamvis sufficienter imo nimium corpori meo tam in cibo quam in somno indulgerem; impediebam tamen assidue (nescio qua inordinata scrupulositate et anxia tristitia, quæ semper inobediens arrogantia adheret) ne quid inde nutrimenti possem percipere, hujus erroris mei occasio fuit, quod adduci non potuerim ut crederem meritorie contra Deum nem nisi absit excessus, propter Deum me aliquam delectationem capere posse. In quo suis me commiseratione potius quam invitatione dignum. Quam obrem vehementer vestras paternitates, Fratres venerandi, rogo ut vestris suffragiis et precibus obnixe Deum oretis ut ab hoc ignorantie peccato ceterisque omnibus nequitis ac maximis meis negligentis me absolere dignetur, et pro mortali vita quam perdo, vitam æternam concedere. Hoc cum per vestras orationes et preces a Dei bonitate assensus fuero, quantum poterò conabor, ut et vos idipsum quam citissime assequamini.

Fidèle consilium Interim ne quis mei causa vel minimum a sanctitatis studio verissima sententia, remittat iterum atque iterum rogo, siquidem certissimum

est nullam ad salutem nisi crucis, nullam nisi discretam mortificationis ad perfectionis viam esse hoc sermo divinus, hoc quotquot unquam audiri aut legi sanctorum Patrum voces docent et acta probant. Hanc veritatem tanta testium sacrorum auctoritate confirmatam non potest destruere mea indiscretio quamvis bono male usus virtutem in vitium, et medicinam mihi quodam modo in venenum vertisse videar. Benedictus Deus, qui disponens omnia suaviter visitavit in virga iniquitates meas: misericordiam autem suam non abstulit a me. Ipsi laus, honor et gloria in saecula saeculorum, Amen.

Erant subsignatum: Venerabilium Paternitatum vestrarum humilis in Christo servus et frater indignus, fr. Bartholomaeus Vicentis

10 Augusti in festo S. Laurentii recessit a nobis Philippus Flamenz Brusellensis eo die quo fuerat praeterito anno ad oculum receptus, et non restabant ad professionem nisi circiter tres septimane. Habebat praecellens ingenium, quo tamen non est usus ad sui reformationem, incipiebat transferre gallicum librum, verbosior erat et osculator quam decebat Novitium. Solitudo non ei conveniebat, et mirabatur doctor noster medicus nos tales recipere, unde debuit aliquando apud alium pernoctare propter phantasmata nocturna, nec satis conveniebat aut concordabat cum fratribus, quae omnia animadvertens pater ipsius qui frequenter eum adibat petit ultro dimitti si religiosis non placeret, quare convocati ad cellam P. Vicarii magistri sui responderunt P. Priori categorice ad petitionem ipsius placere eis ut dimittatur, quod si proponisset recipiendum ad professionem vel prudentiorem nactus fuisset magistrum pervenisset ad professionem, nam ultro non recessit, sed dixit se a Cortusianis dimissum de quibus multa verba sparsit in civitate et plausibilia reddidit. Nec deerant ex nostris qui in facie blandiebantur. Secum tulerat Commentarium in Psalmos

nec P. Priori indicavit qui ei posticum aperuit, sed in domo Ghindertalen patris alterius Novitii ad quam primo accessit indicavit et alia multa quae referebantur. Certe epus mores nobis non conveniebant quod manifestius factum est quando receptus Novitius apud Patres Dominicanos ad tempus incarceratus et tandem ejectus fuit. Obiit non multos post annos Bredae a socio in taberna vel alibi cultro laesus, sed confesum et se Cartusianis commendasse nostris retulit pater epus. Erat satis tener et delicatus, non multum laudavit victum nostrum, multa propter ipsum passus <sup>sum</sup> unde nunquam melius valebo, quo Dei iudicio, non plane certus sum, multa sunt aversiones meae, et aliae iniquitates ob quas tribulationes incurre, in hac re inordinato zelo me offendisse facile fateor et tranquilliori animo res peragenda erat, nimis certus eram pro bono domus nec inde retuli gratiam. Deo sit laus qui nos vivat in virga aequitatis suae.

16 Septembris rediit ad domum professionis suae, Beckliniam D. Christophorus Anglicus priori adhuc peior, nam tandem ab ordine et fide defecit, sed Deus inultum non reliquit, nam creditores eum in carcere mori coegerunt. Hic utrumque bene apud nos se habuit diligens erat in choro, P. Prior ut eum animaret infudit ei ut laicis praedicaret, sed tacite verberare furioso traderet gladium quo se perimeret sicut evenit, nam in domo professionis superbie factis lite exorta cum suo vicario pro confessione audienda intusit illi ostium inopunde sanguinem emisit, et propterea incarceratus. (Nuntius apostolicus eum excusabat quod instrumento aliquo non fuisset), sed quia praecesserant adhuc illius demerita P. Visitator confirmabat sententiam suam, cum modica indulgentia, tandem (ut ad propositum veniam) e carcere fugit et statim Bredae flandricae concionatus est ad haereticos ac in profundum malorum ultro se immersit anno 1620.

Deus neminem nimium affligi permittit, et sicut scriptum est Unus assumetque et alter relinquetur, D. Judocus Ghindertalen alter Novitius in principio septembris fuit receptus et 17 ejusdem mensis



emisit professionem. summo nostro et parentum gaudio, qui 300 florenos dederunt, ni fallor, pro perficienda cella litterae L quam ipso die professionis inhabitare cepit. Aderant duo Priores, domus scilicet capella et domus Sylve S. Martini, D. Joannes Richardus professor hujus domus Procurator Brugensis, D. Joannes d'Anthoine professor domus Lovanii qui bis hic hospes habitavit, plures ex Ordine Canonicorum Regularium inter quos amicum habebat. In tractando conventu nimium fuerunt liberales epus parentes praesertim in saccharo et vino, etiam octavo post professionem die, sed non sunt haec mentis pabula.

Ad recreandum nihilominus spiritum carmina quoque composita et impressa fuerunt a cognatis suis Broomans hac pulchra inscriptione  
 Quædulationes in professionem honesti et pii juvenis Judoci Van Ghinder-  
 talen qui silere potens, latere volens Brunonem Carusiae Paren-  
 tem eremi decus, Ecclesiae sidus, miraculum hominis sibi elegit  
 Brussellæ.

### Chronicon

Extrema gaudia  
 luctus occupat.

Se Libra ponderavit

PUtansqVe IVste IVstVM

(O grata vox et æqua!)

Bertrons InqVIt esto.

Placet mihi carmen D. Vincentii Knibbe conprophessi nostræ ponere quia breve et his scriptis congruit.

IVstVs a Gindertaele

Anagramma

In grata si Deus velit

Dona Cain offert, offert quoque munera frater:

Hæcque probata Deo, reproba et illa Deo.

Dono Deo libant uno sic ordine fratres:

Diverso sic vult ordine dona Deus

Perge, age, mi frater, da, da tua vota Conanti

Solus enim libas munera solus Abel

En tua grata Deo, sed quod tua nomina dicunt  
 Si Deus ipse velit dico ego si ipse velis.

Ad agnomen Ghindertalen.

Aliud.

Nullus es lingua, sic est, sic vota repossunt  
 Conveniunt votis nomina sponse tuis  
 Felix sorte tua es, felicia vota tulisti  
 sed si vota cupis reddere juste tace.

Etiam B. Patris Dominici Cartusiani exhortatio ad penitentiam  
 impressa fuit sumptibus parentum et ex desiderio P. l'Apостоles ita-  
 gistri D. Judoci.

Feci mentionem superius D. Joannis d'Anthinne qui professioni  
 presens aderat, revertebatur enim Buscoduco ubi fuerat Vicarius  
 Lovanium ad domum suae professionis, siquidem P. Immechoren  
 Prior S. Sophiae dimittebat suum conventum, post triennium  
 quo illuc eum adduxerat, et D. Hubertum Faucomprez mittebat,  
 alios alio conquirebatur se non habere sufficientem locum pro  
 construendo monasterio, et intendebat emere domum fratrum  
 Buscoduci, sed cum plus exigerent canonici quam episcopus  
 Immechorio promiserat, permisit sibi bolum elabi, et alius abas  
 emit locum, zelabantur quidam fratres pro sua domo quam  
 dum visitaret P. Procurator a quodam alapam recepit, qui prop-  
 terea ad tempus incarceratus fuit, Deus aliquid nobis melius pro-  
 vidit, ut ex pecuniis quas collegit Prior absente conventu, et ex  
 venditione aliquorum bonorum locum Antuerpiae emerit,  
 quae civitas adhuc manet sub obedientia regis, Patres Societatis  
 dimisso conventu libenter bona sibi attraxissent, et mirum quod  
 non plus conati fuerint, quod etiam periculum Diffinitores  
 R. Patri proposuerant ne permitteret religiosis illinc abire sed  
 confirmavit sententiam P. Immechovii confisus de sua prudentia.

Hac aestate venit Bruxellas etiam V. P. Rector Wesaliensis p-  
 tens praefectio militiae Velasco et Spinola, ut deducerent milites suos  
 ab ampla domo quam cupiebat emere pro monasterio edificando,  
 alias se alio conventum translaturum ut postea fecit se hante  
 scilicet Buscodunum et Wesalia. conferendo, et duae istae civitates in quibus Cartusiani non inve-  
 nerunt locum (proh dolor!) uno tempore venerunt in manus  
 haereticorum.

7<sup>to</sup> Quatuor temporibus septembris D. Nicolaus Smismann qui fuerat  
 discipulus D. d'Antoine iit theobeliniam ad ordinem diaconatus suscipiendum

29 quidem mensis in festo S. Michaelis professus est statim conversu-  
 rum fr. Ludovicus de Puese qui in Novitiate satis valetudinerius fuerat.

Dominica secunda Octobris D. Prior in Capitulo pro avertenda conta-  
 gione quae sepebat in civitate constituit ut celebrarentur ~~abbatis~~  
 feris 2<sup>a</sup>, 4<sup>a</sup> et 6<sup>a</sup> Abisse in privato ab eis quibus ex ordine tabulle  
 contingeret, et non celebrantes tam religiosi quam laici legent  
 septem psalmos cum litanis aut 22 Dominicas Orationes et  
 totidem salutationes Angelicas semel in hebdomada.

Post probam trium mensium receptus fuit ad oculum D. Nicolaus  
 Dierhout Hollandus et in festo Undecim millium virginum ves-  
 titus. Spatio termini sui sacramentum Confirmationis accepit  
 ab archiepiscopo theobelinensi. Causa tam dicturne morae  
 haec praecipua fuit quod ignorantibus parentibus ad nos venisset,  
 et quod pater alterius religionis esset ideo timebatur aliquid  
 turbarum. Et P. Immeckovius dicebat se iterum in Hollandiam  
 et rem facite cum amicis catholicis tractaturum. Sed cum differ-  
 ret ob domus suae negotia, P. Prior videns bonam voluntatem  
 in juvene, qui didicisset ex Evangelio patrem et matrem sibi  
 odio habendos, firmo animo proposuit sibi eorum curam non  
 habendam a quibus obstaculum in via Domini non immerito  
 formidabat. Quidam Hollandus Cornelius Morggravius prouidit

illi de vestibulis.

Mater rem aliquo modo suspicata est, et antequam certum nuntium de eo adferretur dixit marito filium suum monachum factum, et postremas litteras volebat videre. Sed semper Duaco scribebat quasi semper studiis intenderet quorum causa frustra pecunias petebat, quod certe scientes miserunt filium et generum huc quasi suum Benjamin repedentes, qui praeter quaceras et dolorem protestati nihil egerunt, imo fatebantur si in Novitiatu deficeret sibi hoc grave futurum, sed paternae voluntati obsequendum erat <sup>quam aversionem</sup> vel status gratia qui a statibus erat debebat palam facere.

Fuerunt magnae turbae hoc anno in Hollandia animis hinc inde motum in modum exacerbatis, Harlemum Leida Roterodamum, Gouda et aliae factionis Armerianae civitates foedus inter se ineunt et militem conscribunt ad vim arcendam suaque tuenda adversus Gomaristas, idem postea fecere Ultrajectini et alii.

Pax in Francia. Concinus Concinus nobilis Florentinus Marchio Acrensis et regni Franciae Mareschallus (quem sejanum Gallium nuncupant) 24 Aprilis Lutetiae in ponte Luparce arcis regiae occiditur; cadaver ejus tumulo erutum a fœce hominum per urbis plateas summa insania volvitur, atque in partes distractum excutitur, ne quid sepulchro scilicet inferendum superesset. Mortem ejus subsequuta est pax in Francia, nam Principes regni Ludovico XIII regi se reconciliarunt, qui ab hoc tempore regni gubernacula suscepit ablegata matre regina ad munitionem quoddam castrum.

Leonora uxor Marchionis Acrensis eodem anno die 8 Julii publice in foro Parisiensi capite plectitur, quod supplicium constanti et plusquam foemineo animo subivit ut etiam accusatores suos pudesaceret. Heu! culmen aulæ lubricum!

Julius Echterus episcopus Herbipolensis et illius Academiae fundator, postquam annis 45 laudatissime praefuisset vivere desit.

- Ordinationes Capituli generalis. A. 1591. p. 8.
- Ordinatio Provinciae. A. 1591. p. 10.
- Epistola Philippi II in favorem Cartusianorum. A. 1591. p. 16.
- Supplicatio Prioris et Conventus Cartusiae Bruxellensis. A. 1592. p. 23.
- Licentia Vicarii Archiepiscopatus Mechliniensis ad edificandum monasterium Cartusianense infra muros civitatis Bruxellensis. A. 1592. p. 26.
- Ordinationes Capituli generalis. A. 1593. p. 41.
- Primaria domus Germanica in Seitz Ordini restituitur. A. 1593. p. 44.
- Ordinatio Provinciae et Ordinationes Capituli generalis. A. 1594. p. 75.
- Negotium unionis parvarum domorum urgetur. A. 1594. p. 78.
- Fundatio domus B. Mariae Vallis Misericordiae. A. 1594. p. 80.
- Factura domus Corveriae circa annum 1589 combustae fuit destinata triginta millibus aureorum. A. 1594. p. 98.
- Anno 1592 in vigilia Omnium sanctorum superior domus Cartusiae incendio deflagavit. p. 98.
- Monita et Ordinationes Capituli generalis. A. 1595. p. 112.
- Ordinatio pro Monialibus. A. 1595. p. 116.
- Domus provinciae contribuere valent pro domo Monialium Brugis tanquam merito suae provinciae. A. 1596. p. 130.
- Monita et ordinationes. A. 1596. p. 131.
- Contributio pro reparatione Cartusiae Maspris exigitur. A. 1596. p. 133.
- Ordinatio Provinciae. A. 1597. p. 144.
- Ordinationes. A. 1597. p. 147.
- Conceditur sacellum in Schuet tribus eremitis inhabitandum. A. 1597. p. 154.
- Ordinatio Provinciae. A. 1598. p. 167.
- Ordinationes. A. 1598. p. 169.
- Ordinatio Provinciae. A. 1599. p. 183.
- Ordinatio Capituli generalis. A. 1599. p. 185.
- Petitiones V. P. D. Petri de Leon R. Patri in Capitulo propositae. A. 1599. p. 185.
- In Schuet domus abbatis conflavit. A. 1599. p. 189.
- Ordinatio Provinciae. A. 1600. p. 199.
- Ordinatio Provinciae. A. 1601. p. 209.
- Testimonium Nuntii apostolici Octavii de Reliquis et capitibus undecim millium virginum quae habemus a V. P. D. Arnoldo. A. 1601. p. 214.
- Testimonium Correntii episcopi Antuerpiensis. A. 1601. p. 215.
- Ordinatio Capituli. A. 1601. p. 246.
- Ordinationes. A. 1602. p. 223.
- Ordinatio. A. 1603. p. 228.
- Ordinatio Provinciae. A. 1604. p. 233.
- Ordinatio. A. 1604. p. 234.
- Ordinatio Provinciae. A. 1605. p. 244.
- Ordinationes. A. 1606. p. 261.
- Diploma Pauli Papae V de Indulgentiis. A. 1606. p. 262.
- Ordinatio Provinciae. A. 1607. p. 288.

Ordinationes. A. 1607. p. 289.

— Ordination ~~Provincie~~ Provincie. A. 1616. p. 471.

— Copia epistolæ S. Joannis Mheldeman Cartusie — Ordinationes. A. 1616. p. 471.

professi ad S. Joannem Apostole Vicarium — Ordinationes. A. 1617. p. 483.  
Domiis Bruicellensis. A. 1607. p. 293.

— Consecrata fuit nostra ecclesia in solemnitate  
Exaltationis S. Crucis cum cœmeterio et sum-  
mo altari. A. 1607. p. 297.

— Consecrata sunt quatuor altaria. A. 1607.  
p. 299.

Consecratum sacellum juxta portam.

A. 1607. p. 300.

Epistolæ R. Patris Brunonis quibus manda-  
vit custodiri ordinationes Pauli Papæ V.

A. 1607. p. 304.

— Ordinatio Provincie. A. 1608. p. 320.

— Ordinatio Provincie. A. 1609. p. 341.

— Ordinationes factæ in Visitatione anni 1609.  
p. 380.

— Ordinatio Provincie. A. 1610. p. 371.

— Ordinationes. A. 1610. p. 378.

— Incendium in domo nostra per campanas  
urbis indicatum ad quod magnus fuit  
populi confluxus. A. 1611. p. 396.

— Ordinatio Provincie. A. 1611. p. 397.

— Ordinationes. A. 1611. p. 400.

— Carusissæ Majoris incendium. A. 1611. p. 408.

— Ordinatio. A. 1612. p. 415.

— Ordinationes. A. 1613. p. 428.


— P. Immechoven supplicatio. A. 1614. p. 452.

— Ordinatio Provincie. A. 1615. p. 457.

— Ordinationes. A. 1615. p. 459.

— Lettres du R. Père au Prince Maurice. A. 1615. p. 463.

Petrus de Wal.



Collectaneum  
Rerum gestarum et eventuum  
cum aliis externis tum patris tum Ordinis

Volumen tertium (prosecutio)

Anno Domini 1630.

---

A. M. D. G.

commendatus in Carta nostri Capituli.

Successit Joannes Godefridus Bambergensis episcopus qui utrumque episcopatum mediis inter hostes Calvinianos fortiter administravit. Sed nunc fortior supervenit Rex Sueciae qui hanc civitatem et castrum cepit anno 1631.

In Orbe fere, inter Bruxellam et Lovanium ad caput sylvae Sonick sita (quae a multis retro saeculis ob venationes Prabanticae ducibus in deliciis fuit) sacellum in honorem S. Huberti Leodiensis episcopi ac venationum Patroni die 3 novembris a Matthia archiepiscopo Mechliniensi consecrative praesentibus Alberto et Isabella Belgarum Principibus, qui dictum sacellum a fundamentis excitandum curaverant eo ipso loco quo S. Hubertus anno Christi 727 obiisse constat, aderat et abbas S. Huberti in Ardenna.

Et confluxerant multi ex civitate et nostri officiales.

Eodem mense fuit dealbatum nostrum sacellum in schuet.)

Sub finem anni P. Prior satis devotioni congruam ordinationem fecerat et sub finem laudum dum commemorationes cum lumine fiunt, nullus lanternam extingueret vel lectorium removeret aut alium strepitum ederet dum sacerdos Collectam legeret, sed ipsam concludente per Christum ista faceremus, quod etiam commendat S. Bonaventura ut praecipua attentione audiamus orationes dei cum hac conclusione. Concludo hinc annum 1617.

Anno 1618, tertio die Januarii ad meliorem vitam transivit Victorius de Pape avunculus fratris Andreae Van Moren conversi, vir admodum religiosus ac pius, qui multis annis sedulo admodum ecclesiam nostram frequentavit, ac fere singulis diebus dominicis ac festis sub Missa conventuali communicavit,



prohibens omnibus bonum exemplum devotionis ac modestiae, flexit ante genua in sacello S. Annae, ibi in abscondito orans Deum.

D. Gaspar Ruffin mercator panni serici qui ante dedit antependium et casulam ex holoserico rubro, adfecit hoc anno dare pro quinque altaribus antependia ex Damasceno rubro ornata in extremitatibus phrigio opere et fimbriis (quamvis non extent ex puro auro) etiam ornamenta ad lectorium Evangelii et Epistola sine phrigio opere, cortinas etiam ex levi serico ad manus. Pro singulari hoc nostrae ecclesiae benefactore est quo impensius Deum oremus.

Ill<sup>mus</sup> Dux Ansehotanus hoc quoque anno curavit celebrari Anniversarium consortis suae 16 februarii pridie legimus Agendam, et sequenti die Missa musice cantata est a cantoribus Ducis sed eam celebravit D. Sacrista noster, nec habuimus ornamenta con-

missimus tam sancta nec satis conveniebamus in caerimoniis. Aderat proster Du-  
 m confessionem  
 ore Ordinis cem, Princeps d'Esping et alii nobiles, misit nobis pices et vinum  
 pro pitantia; postea assumpsit saecularem sacerdotem.

19 februarii fuit posita statua B. Virginis in angulo ambitus prope cellam S. Prioris, quam dedit D. Gaillard senior advocatus sicut et tres reliquas S. Brunonis, Hugonis et S. Joannis Baptista in aliis angulis dicti ambitus.

20 februarii Brusellis moritur Philippus Guilielmus Princeps Auviacus sacris ritibus catholicis munitus, sed misero sane casu. Cum enim paderet illi glisterium quod vocant, cubicularius laedit illum in fundamento, unde sequenti die perit: cadaver publico spectaculo expositum fuit, campana per omnes parochias urbis pulsata sex hebdomadibus post quas translatum est diobemium, fuit commendatus in cantu Capituli. Aliquando rediens ex principatu suo Auviacensi ibi fidem catholicam restituerat. Visitavit etiam majorem Cartusiam.

Circa hoc tempus obiit etiam Brugis ~~Holms~~ Amoralis Comes Egmondanus, jure pauperior quod in Francia et Hollandia hoesisset ibi multa bona consumpsisset, nec regem Hispaniarum secutus fuisset propter dolorem paterna caedis ab Hispanis perpetrata. Fuit commendatus in carta tanquam singularis benefactor domus Abbativillae; ibi enim cellam restauravit et necessaria suppellectile destruxit ac 100 scuta annue dictae domui contulit; saepius etiam hanc domum visitavit nec factavit se Ordini benefecisse.

Hoc anno redemptus fuit redditus 24 florenorum supra quamdam domum..... quam pecuniam P. Procurator dedit Priori Diestensi pro reditu domus Delphensis quem R. Pater dederat Diestensibus apud quos D. Wenceslaus professor dictae domus habitabat; fuimus tamen diu in possessione, et aluimus praedictum Patrem hinc officiales aliquam difficultatem faciebant sed P. Visitator expositulationi benignas aures non praebuit nobis non satis affectus, nam et ornamenta domus Zwickiae et domorum Hollandiae apud nos diu asservata postulavit a P. Priore sibi Gandarum dimitti, pauca nobis relinquens, eodem jure succedens Visitator posset repetere. Lovanienses magis litigaverunt pro simili sed majori reditu non tamen cum aedificatione quamvis <sup>aliquo</sup> dimidio emolumento. Sequitur quittantia P. Prioris Diestensis.

Infrascriptus fateor me a V. P. D. Ogydio Blitterswyck Cartuside Brusellensis Procuratore recepisse quadringentos florenos Brabantiae in redemptionem certi annui redditus viginti quinque florenorum olim domus Delphensis nunc autem propter sustentationem V. P. D. Wenceslai unici dictae domus Delphensis professi a R. Patre Cartuside Majoris Prioris ad instantiam dicti D. Wenceslai donatum Cartuside Diestensi, quos praedictos 400 florenos prima occasione in similem reditum applicare tenebimus. Insuper recepi ab

codem v. p. Procuratore 29 florenos pro anno ultime cesso deductis aliquibus a se pro nobis expositis in quorum fidem hoc manu propria signari et parvo nostro sigillo muniri hac 22 februarii anno 1618. Subscripsit: fr. Theodoricus Stomp Wyckius Cartuside Diensis indignus Prior (imo dignus).

Diebus spatia mentorum lecta sunt parva statuta ex ordinatione P. Prioris qui pergebat ambitum undique claustris et seris munire.

Insuper 6 Martii libellum supplicem porrexit Magistratui dictus P. Prior pro solvendis sumptibus cellae notariae littera M pro qua anno superiori receperat 600 florenos. Magistratus sequenti die prompte et liberaliter assignavit rursus 300 florenos quamvis aliorum ordinum superiores plures essent supplices quorum petitiones in aliud tempus effectae sunt.

Nocte solemnitatem Paschae proxima sequente fur intravit cellam P. Prioris, qui fracto vitro fenestrae sibi viam aperuit; sed quia P. Prior pecuniam non custodit non magna spolia abstulit, praecipuum fuit parvum quoddam horlogium portatile: putatur tamen perterritus ex adventu coqui qui ad culinam properabat cum cuppa thuribuli cito exiisse nec habuisse tempus plura scrutandi, postea usque ad hunc annum 1631 fures cellam aliquam non intraverunt, P. Prior inde satis erat turbatus.

3 Martii professionem emisit fr. Aegidius de Wint Conversus. Aderat Amplissimus Dominus Robianus, qui illi de necessariis providit et epus causa multas gratias et beneficia domui consulit ut postea dicemus.

14 Martii celebratum fuit generale Capitulum in quo D. Jacobus Dionysius Prior Gandavi Visitator principalis sermonem habuit memoriter et cum laude neque copiam epus habuit quam daret requisitus thema ipsius ex Cantico Canticorum Capite nobis vulpe

cellas quæ demoliantur vineas.

Obierunt 54 monachi, 12 Conversi, 12 Donati, 4 Moniales: personæ 77, inter quas  
D. Joannes Sweertius professor Coloniensis qui aliqua opuscula Granatensis  
theatronicè translata edidit, et

fr. Joannes Meantuanus Conversus, professor domus Florentiæ qui 104 annis  
vixit.

Venerandus D. Jacobus Scollarus ecclesiæ B. Maritæ Erfordiæ canonicus  
et Rmi D. Archiepiscopi Moguntini sigillifer, magnus benefactor Cartusie  
Erfordiæ. Item D. Joachimus Sirschberg doctor medicus.

Magnificus Dominus Martinus Espagnol civis et secretarius Magis-  
tratum et regiminis civitatis Casaraugustanæ, magnus benefactor Aulae  
Dei. Habuit tricenarium.

Nobilis vir D. Joannes Ygon Dominus de Boenormand regis consilia-  
rius et Magister Computorum Rotomagi, singularis benefactor domus  
Rosæ.

Egregius D. Antonius Sanga benefactor Cartusie Astensis.

#### Ordinatio Provincitæ.

D. Thomas Jensemæ Lyra professor vadat ad domum Gandavi.

Priori domus Gandavi non fit misericordia. Et D. Joannes Nan-  
ningius ibidem vicarius revertatur ad domum Leodii suæ professio-  
nis. Et D. Joannes Charpentier professor domus Gandavi exerceat offi-  
cium vicarii (ipse erat ultimus professorum qui non diu super-  
vixit). Et D. Hubertus Facompnet, professor domus S. Sophie vadat ad  
domum Brussellæ. Sed venit valetudinarius nec fuit in choro.  
Fuerunt aliquæ ejus expensæ persolutæ.

D. Joseph domus S. Sophie professor vadat ad domum Gandavi. Nec  
enim Prior recipiebat Novitios — Casa 38v.

14 Maii prima die Capituli obiit Brussellis Illustri Dominæ  
Helena Marcia de Merode uxor nobilis Domini de Kiedwyck sca-

bini hujus civitatis et 16 vesperi in nostro templo sepulta est in sacello S. Annæ per sacellanos S. Catharinæ, nam pastor unum ante præmiserat nuntiare Priori nostro ne forte fieret tumultus in populo se velle facere totum officium sepulture nec velle ut nos immiseremus (nec enim concordatum est cum ipso de jure sepulture) hoc iniquum et durum nobis videbatur tantum velle præsumere in loco exempto et religiosi satis cæge ferebant. Venerabilis Prior pro sua modestia obtemperavit et contineimus nos in formis nostris. Quatuor ordines comitabantur funus et satis multi seculares erant maxime ex Magistratu.

Prima Junii S. Prior (forte propter numerum religiosorum) concordavit cum Pastore pro hac re, et celebravimus exequias more Ordinis, et Agendam integram ante Missam præmisimus. Pauci aderant inter quos ipse Pastor qui hic præsumus est. Chorus atratis pannis cum insignibus Domine ornatus erat, similiter chorus S. Annæ per sex septimanas quem singulis diebus ibidem Missam pro ea celebravimus.

Nec mihi tacendum hoc castate venisse ad hanc domum D. Outelari Priorem domus Gosnay, qui respondit si hac præsidisset nequaquam permissum hoc fuisse sicut nec permisit cum præter nostram opinionem et forte ipsius huc translatus idem attentassent sacellani S. Catharinæ quibus generose respondit præter Papam superiorem in hac domo non agnoscere. Tanti interest qualis sit Pastor.

Predictus D. de Riedwyck se solvit omnia jura decano S. Catharinæ, et nobis iterum dedit antipendium et casulam ex Damasceno flano rubro, et iterato pitantick quando Anniversarium celebravimus, et alia beneficia prout dicebat.

V. M. Galliosa de Vaillac dicta a S. Anna a teneris annis

in monasterio hospitalis Belliloci Ordinis S. Joannis Hierosolymitani educata, abstinencia incredibili, patientia admiranda, virginitate integerrima, caritate in Deum ardentissima effloruit alio virginitatis perfecta Ordinis sui in Gallis instaurata fuit. Obiit sanctitate et miraculis clara die quam praedixerat S. Joannis Baptistae sacra anno Domini 1618, aetatis 30.

Subsequentibus annis Dominus de Riedtwyck curavit fieri in sacello S. Anne caveam, in qua reposuit corpus uxoris suae, et pro se locum aptavit, simul curavit erigi altare marmoreum inclusa veteri imagine S. Anne, cum hoc Epitaphio:

Hic jacet Helena Manica ex Joanne et Margaretha Palanda a  
Culenburgo Merode Peterheimde Perwese filia Carolus de Riedtwyck  
maritus, Helenus Manicus filius moesti posuere. Obiit 14 die Maii anno 1618.

A 15 Maii usque ad finem mensis D. Ferdinandus de Giron curavit Missam in privato legi de Requiem pro se adhuc vivente praesente et sentiente, quibus finitis dicebamus psalmum De profundis cum Collecta, et primo pannum nigrum expansum aspergebamus, deinde ipsum. sed cum esset senex et nimis mature surgeret ut interesset Missae conventuali quae cantabatur hora sexta incidit in febrim, exinde cessavit hanc domum frequentare, convaleuit tamen, et non diu post in Hispanias profectus est; ibi fuit regi catholico a consilio status, et semel Anglos ex Insula quadam propulsavit. Parum ante mortem curavit se transferri ad monasterium Patrum Minoritarum ut in gazetis scriptum fuit. Vivit usque ad annum 1631 in quo obiisse nuntiatur.

Origo belli Bohemici. Dum Matthias Imperator Vienna afflictione valetudine languet et Posonii in Comitibus diei indictio qua Ferdinandi iam tum proclamati electique regis Hungarica coronatio celebranda esset omnium expectatione diutius estrahitur; Bohemi con-

jurati (quorum Princeps erat Matthæus Comes Buruianus) globo armorum facto arcem Pragensem cum armamentario ac curia regis die 23 Maii occupant; inque conclavo (quod Cancellariam vocant) vi irrumpentes, Guilielmum Stanatam Cameræ Bohemicae Præsidentem, Jaroslauum Borzitam regni Marescallum, et Philippum Fabricium secretarium de fenestra deturbant altitudine quadraginta amplius cubitorum, omnes tamen salvi et incolumes Deo suos protegente magna omnium admiratione evaserunt.

Bohemis rebellibus postea accessere Silesii Lusitici, Austriaci superiores, ac demum Hungari Gabrielle Bethleno Transilvanica Principe Turcarum cliente ac vasallo ad spem regni Hungarici evocato.

In Junio nostri inceperunt perficere parimentum ambitus.

Duae cellae edificantur.

Et insuper hacestate duas adhuc cellas edificaverunt. Nam ejusdem mensis Junii 20 posita fuerunt fundamenta pro cella notanda littera D quæ sumptibus suarum Celsitudinum constructa est et adheret aliis duabus quas ante dederunt.

Et circa principium mensis Augusti incepta est sequens cella notata littera E quam ego nunc inhabito, cui construendæ P. Prior applicuit 600 florenos quos Amplissimus D. Robianus 15 Junii dederat gratanter et liberali animo in cuius signum misit postillitium sufficiens pro pitantia totius Conventus paulo post sicut circa hoc tempus quo recepsimus fr. Agitium Conversum aliquoties fecit.

D. Robertus Gaillart benefactor noster cuius beneficia superius recitari in Septembri se addixit Societati Jesu et tempore Novitiatus fuit seminarii Procurator institutus.

R<sup>omus</sup> Dominus Episcopus Cornacensis qui dedit fenestram in ambitu visitavit hanc domum, et ad instantiam P. Prioris Conventui benedictionem largitus est.

D. Theodorius a Hornsvyck auctoritate Capituli generalis factus est Prior anno 1602 et cum tribus aliis rediit ad ruinas monasterii de Zeelhem ante annos 10 exusti ab hæreticis Diesthemium occupantibus. Qui tempore præsentia sua ecclesiam restauravit ac hoc anno 1618 15 Julii consecrari curavit per R<sup>mum</sup> D. Stephanum suffraganeum Leodiensem.

Melchior Clesius cardinalis et episcopus Viennensis jussu Maximiliani Archiducis 20 Julii Vienna ex aula Cæsarea in Comitatum Briolensem abductus et in arcta custodia habitus, sed. post aliquot annos liberatus.

Franciscus Sandovalius Dux Lermæ mense Martio Cardinalis creatus sed eodem anno mense Octobri relicta aula Hispaniensi Lermam inde Vallisoletum se confert regia gratia paulatim magis magisque discedens. Recte Proverb. 16 dicitur: Cor hominis disponit viam suam sed Domini est dirigere gressus ejus.

In Batavia crescentibus odiis inter Arminianos ac Gomaristas, et Ultrajecto per Mauritium subacto Joannes Bannesellius, Cezarius Lodenbergius, Remoldus Hogerbertius et Hugo Grotius primaria factionis Arminianæ capita 26 Augusti in Haga Comitum strictissime custodiæ mancipantur. Armeniani passim omnes ex Magistratu publicisque functionibus exturbantur.

Eodem mense Augusto Joannes Comes Nassovius catholice religionis studiosissimus Bruxellis ducit uxorem filiam Lamoraldi Principis de Lignes.

4 Septembris oppidum Plurium et pagus Schilanus apud Rhetos seu Guisones ad Moram fluvium in valle sita a rupe altissima cui subjacebant terre motu seu vento subterranea eversa obruantur ac sepeliuntur cum nongentis et triginta personis.



26 Septembris et sequentibus domus hæc fuit visitata per ordinarios visitatores Priores domorum Gandavi et s. sophie, et strenue se gesserunt et plures ordinationes fecerunt ex quibus novæ consuetudines profuderunt. Præcipuas referam.

Quicumque inservit alicui obisse private sive sacerdos sit sive laicus in faciendâ confessione cum celebrante flectat genua ante cornu Epistolæ junctis manibus et versa facie ad altare, paulo tamen remotius ab ipso altari sicut in Cartusia et alibi fieri consuevit.

Solebant ministri stare inclinati ex opposito sacerdotis.

Neque descendat sacerdos ab altari ad faciendam confessionem nisi accenso utroque cæreo, neque extinguatur alter eorum post communionem sed uterque maneat accensus usque ad finem Missæ.

Diebus abstinentiarum monachi et conversi qui gratiam petere volunt, veniant pro ea ad Capitulum mane dato pulsæ ad confessiones, ubi eam petant a Præsidente Capitulum ipsum intrante. (Solebamus ex ordinatione P. Serval venire ad ostium cellæ Prioris ad pulsam sextæ.)

D. Theodoricus Abas Laudamus quod secundum antiquam consuetudinem triplex domus Episcopi Generalis Cisteriorum ordinis juvenes mittendi ad sacros ordines primo postponentur Conventui ut in sua domo, ut ad sacros ordines non promoveantur nisi cum quod in antiqua, et statuta dicunt Prioris esse mittere juvenes pace et gratia omnium sacerdotum ad sacros ordines unde auctoritati ejus derogari videtur, sed tamen tum sui conventus semivivumque quia epistolæ testimoniales scribuntur nomine Conventus consilio, circa hinc permanet ista ordinatio.

Ante ostium ecclesie nocturno tempore accendatur lucerna dum venit conventus ad chorum, quæ primo in festo s. Hugonis posita fuit hætenus fere palpando debebamus invenire ostium, sed nec ante erant fenestrate in ambitu.

Lector Martyrologii suis temporibus legiat rubricas festorum Beverenses Cartusiani petierunt a R. P. Bernardo an in nostris ordinandis requiratur quod præcipit Cons. Trid. debere eos habere bonum testimonium a Congregatione seu conventu et si hoc queritur an Prior possit aliquem mittere in consulto conventu. R. - Sufficit quod mittendus testimonium habeat a Priore. Verumtamen si aliorum accedat testimonium tutius erit.

sic antiquitus in Missa nobilium, et diebus Dominicis immediate post lectionem apostolicam  
 serice 4<sup>ta</sup> Quatuor Lem-  
 porum post collectam denuntiat breves aut nomina recenter defunctorum: quod tempore  
 ardebat lectura in  
 ambonem et elevata  
 voce legebat breves  
 in auribus populi  
 sic continerem: Cogno-  
 scat caritas vestra  
 quia ille et ille advo-  
 catur in tali officio  
 vel in tali, si quis  
 habet contra hos  
 viros aliquam  
 querelam esse et  
 confidenter propter  
 Deum et secundum  
 Deum et dicat, etc.  
 (Antiq. Liturg. t. I, fol. 107)

hujus Prioris D. Brunonis d'Outelair exactius hoc fuit observatum  
 ut nihil supersit illi dicendum; preter ordinarias preces finitis Matu-  
 nis sacrista pulset ad Ave Maria.  
 Auspiciis ser<sup>monum</sup> Principum nostrorum expulsis feneratoribus et  
 pietatis in hac civitate erectus est ad solatium pauperum pecunia indigentium,  
 et 20 Septembris eo se Principes contulerunt ac in eorum honorem et po-  
 puli letitiam minora tormenta explosa sunt, patuitque postea omnibus,  
 similiter in ceteris grandioribus civitatibus Belgii factum est.

In festo S. Brunonis nonnulli seculares templum nostrum visitaverunt  
 precipue sacerdotes quorum quatuor missas privatas celebraverunt. Et  
 infra Octavas 10 Octobris ad Vesperas venerunt Ill<sup>l</sup>mus Nuntius Apostolicus,  
 Marchio de Bedmar qui nunc est Cardinalis de Cueva, legatus regius  
 Marchio Spinola militie praefectus et alii qui putabantur invitati  
 a D. Jacobo de la Coenne equite crucifero (qui hanc domum frequen-  
 tabat et conventui dabat pitantiam circa hoc festum), verum non  
 longam moram traxerunt, quia quamvis fuisset praemoniti  
 non eis sedes paravimus aut P. Prior ostendit quo diverterent ad  
 formas, tandem in medio chori flexo poplite V. sacramentum  
 salutarunt, ad quos sacrista pulvinaria vel sero detulit. Sed ad  
 instantiam senioris praedictus Don Diego de la Coenne Marchioni  
 Spinolae pulvinare detulit, qui statim illi refecit ut ipse eo ute-  
 retur atque proinde ex ea humilitate magis honorificatus fuit  
 in oculis nostris et astantium, dein cum parvum in ambitum  
 processissent nec esset in horto aliquid vice dignum protinus  
 recesserunt.

In Octavis S. Brunonis obiit Elizabeth Bruloot mater D. Cepidii  
 Blitterswyck Procuratoris nostri, quae habuit et alium filium pro-

gressum in Cartusia Leodiensi et fratrem professum in Sylva S. Martini.  
 Secundum tenuitatem fortunæ suæ benefecit domui, nam Conventui dedit  
 sæpius pitantias aut similes recreationes ecclesie tabulam trium regum,  
 et aliam tabulam sepulture Christi, quæ diu fuit in sacello anteriori

Hoc 1618 imago Deiparæ Foyensis jam variis celebris miraculis solenni  
 ritu ac maxima cum pompa transfertur e Castro Cellensi ad sacel-  
 lum ei erectum prope Dionantum.

Gorcomiensium Martyrum venerabilium ossa hæud procul a muris  
 oppidi Brilensis secreto a catholicis eruantur et ad R. P. Andream a Soto  
 ser<sup>mo</sup> Belgarum Principi Isabella Clara Eugenia a sacris confessionibus  
 Brussellam transferuntur ut notat fr. Balduinus Junius Anno 1615. Et  
 dum pluribus in locis clarerent miraculis hoc anno 1618 in festo S. Lucæ  
 solenni pompa per urbem Brussellensem in supplicatione delata fu-  
 erunt, et per varia loca dispersa. Faciebat officium Missæ in cenobio  
 Franciscanorum ipsemet archiepiscopus Meetsliniensis Mathias, et  
 Principes supplicationem spectaverunt e domo Principis de Ligne, qui  
 eodem die reversi sunt Ferram. Magistratus Brussellensis curavit  
 fabricari arcam pro reliquiis reservandis in templo S. Gudulæ, quia  
 inter dictos Martyres erant sæculares sacerdotes et alterius Ordinis  
 religiosi de quibus scripsit Estius Doctor Duacensis

In festo S. Ursulæ et sodalium ejus 21 Octobris professionem emisit  
 D. Nicolaus Dierhout Gorcomiensis. Neglectus fuit quidem a paren-  
 tibus, sed alii benefactores et amici domus testes fuerunt, et sua præ-  
 sentia actum corroboraverunt. Inprimis D. Robianus et filius ejus,  
 Dominus Gindertalen civis Brussellensis et D. Maximilianus Plouvier  
 secretarius et consiliarius Comitis Londani qui secreto ad Ordinem  
 aspirabat, qui comederunt nobiscum in refectorio. Interfuit etiam  
 Missæ D. Pavo de Belançon, qui fuit postea gubernator Bredæ.  
 sed hic Missæ tantum.

Ser<sup>mus</sup> Princeps D. D. Maximilianus Archidux Austria, etc., Germanici Ordinis Magister Princeps eruditus, prudens, pacificus, lenis cum 60 annos in caliditate vixisset et ardenti febre correptus paucis diebus decubisset, 11 Novembris placida morte ad Deum migravit. Trubestina suae celsitudinis Vienna in templo S. Stephani apud ipsius patrem laudatissime memoriae Caesarem Maximilianum II condita; cadaver autem atro panno involutum, et candido pallio obiectum cum cruce, Germanici Ordinis insigni, Venisportem translatum fuit. Habuit in proximo Capitulo plenum cum psalteriis Monachatum tanquam magnus factor et benefactor Ordinis.

Eum secuta est 14 Decembris Ser<sup>ma</sup> Princeps Domina Anna coronata Romana Imperatrix nec non Hungarica et Bohemica regina conjux Ser<sup>mi</sup> S. Mathiae Imperatoris.

Jacobus Dary Perronius lectione S. Patrum ex haeresi ad fidem conversus, haereticorum fit mastix et malleus disputationibus, concionibus et scriptis. Vide Galliam Christ. Calvinistarum antesignanus innumerebilibus mendaciorum est convictus. fol. 151.

Jacobus Davius Cardinalis de Perron archiepiscopus Senonensis et supremus elemosynarius regius (cujus doctrina atque institutionibus motus Henricus IV Galliae rex ad vixit veterisque Ecclesiae gremium rediit: et a quo Philippus Plessius Morviciensis Calvinistarum antesignanus innumerebilibus mendaciorum est convictus) magno omnium luctu Parisiis vita decessit (hoc anno commendatus in nostro Capitulo), omnibus amabilis et carus Parisiis 3 Septembris 1618 animam coelo corpus metropoli suae Senensi commendans.

Apud nos 13 Decembris in festo S. Luciae circa octavam horam vespertinam obiit S. Deodatus Visscher Embianus professor hujus domus subdiaconus religiosus austerus et abstractus vitae qui in brevi consummavit tempora multa, nam quarto anno ab ingressu suo in Ordinem ex hac vita decessit, in brevi consummatus explevit tempora multa. Ad aliquantem jam vitae religiosae perfectionem pervenisse videbatur, et

J. Bonaventura votum de conversione morum reddidisse, nam cum antea esset garulus  
 ait: Vidi multos, qui a seculo tran. et satis clamorose operarios vel famulos alloqueretur aut instrueret,  
 seuntes ad religio- nem profecerunt tamen ab anno et suscepto ordine subdiaconatus totus silentariis  
 vitamque muta- rit: vix vidi factus fuit, et in eadem compunctione usque in finem constan-  
 qui in religione post Novitiatum ter perseveravit, nonnunquam libenter aliquod exemplum in me-  
 perfectiores et diurni proferebat, sed quando videbat sibi aures non preberi sibi  
 seruit. Hunc tamen silentium indicabat et impetum animi, et conceptum sermonem  
 Deodatum vidimus. suppressit, et quamvis sibi avidior esset utpote juvenis engraci-  
 lis; et dum huc venisset nondum ad istam staturam perse-  
 nisset stringebat ventrem ne illum replet, abstinentias Ordini  
 nis in pane et aqua servabat, a lecto etiam stramina amo-  
 vebat ut potuit in ipsius aegritudine postrema, focum raro  
 stuebat, ut infirmus vix ad hoc cogi potuerat, habebat fer-  
 naces in camino in quibus aquam distillabat. Nihilominus  
 studio et lectioni deditus legerat vitas Patrum atque eorum  
 austeritatem emulabatur, quamvis corpore satis tener et  
 ut fertur in naturalibus non satis bene dispositus, frequenter  
 sanguinem ex naso emittebat, quae causa ipsius mortis pu-  
 tatur. sub finem vite incepit anxietatibus animi et ser-  
 pulis conscientiae vexari, atque a consortio confratrum (quod  
 alias subinde in adjectorium vocabat) imo et fratris germani  
 abstinere qui sollicitus de fratre interrogabat Domesticos nostros  
 quidnam rei illi accidisset. Nec illius secreta omnia novi, sed  
 P. Privo cum de more orationum in funere epus haberet acce-  
 pit pro themate illud ecclesiastici Certamen forte dedit illi Domi-  
 nus, et vidi epistolam Magistri sui qui aiebat resistere dia-  
 bolo et fugiet a vobis; in aegritudine sua saepius sanctissi-  
 mum nomen Jesu et Mariae ingeminavit, et destitutus  
 loquela dum morti appropinquaret juravit devote manus,

ut omnes astantes commoverentur, in delirio suo fere nisi quæ devotio-  
nem sapiebant protulit, quædam ex divino officio recitans vel de S. Tri-  
nitate et aliis mysteriis disserens, tandem per æquitudinis pondus pe-  
venit ad somnum mortis præsentæ P. Priore qui piæ preces et litanias  
recitabat, et quibusdam religiosis astantibus et respondentibus. Plenus  
erat sudore et nisi cum anima vitalem colorem dimisit. Successerunt  
religiosi qui ante et post Abbatinas id est bis psalterium  
absolverunt, Persolite fuerunt ei exequiæ cum quatuor candelis  
patre et multis aliis nobilibus et secularibus maxime ex Ducatu  
Luxemburgensi astantibus et quamvis appropinquante meridie  
fuerit sepultus, tamen juniores qui animadvertentur cadaver nudum  
omnino deseruisse calorem in maximas angustias P. Priorem con-  
fecerunt, ut fere sepulturam in pomeridianum distulerit, et talem  
adhuc heri querelam audiri; sed quid mirum nec super lapidem  
lavatur nec nudum jacet cadaver super stramina sed statim  
induntur vestibus, quæ calorem fovent non spiritus vitalis, qui  
multa agoniâ corpus deseruit. Ne sinus tamen nimis præcipi-  
tes noster tres commilitones habuit in carta qui nudum pro-  
moti obiisse scribuntur in carta.

Ex epistola D. Joannis Richardi ad D. Vincentium de obitu D.  
Deodati discipuli quondam sui.

Reverende in Christo Pater amicorum optime posteriores litteræ  
mibi redditæ sunt inclusæ aliis litteris ad me ab admodum  
R. P. Visitatore, ex quibus sicut ex vestris cum optimo testimo-  
nio intellexi nobis carissimum confratrem nostrum Deodatum  
Visscherium in Petri Piscatoris reti Deo reddidisse spiritum  
ipso S. Lubice ut hujus lucis caliginosæ usuram relinquens  
ad candorem lucis æternæ remearet ita enim credere piùm  
est cum ex omni tum ex amplissimis epus sanctioris vitæ

testimoniis admodum R. P. Visitatoris et tuarum litterarum seriei insertis quibus tantam fidem adhibeo, ut de transitu etri desideratissimi atque supra quam possum scribere carissimi confratris non solum non doleam, sed perfusus gaudeo ei congratuler, et quod admodum R. P. Visitator (uti suis ad me litteris testatur) optat Deo supplicem quandoque faciat novissima nostra horum similia, etc.  
 Pruzis, 22 Decembris.

Nec silentio prætereundum fr. Thomam Portarium in festis Natalitio subsequentibus circa horam septimam vespertinam totum lacrymis perfusum et turbatum venisse ad culinam, et dixisse P. Procuratori D. Deodotum Vischerium fuisse sibi locutum, et neminem quidem vidisse sed vocem epus agnovisse dicentem sibi: Dic fratribus ut debitas mihi preces persolvant; non omnes illi fidem adhibebant, quod revera hoc audivisset quia quandoque hallucinabatur in visu, sed tamen qui non persolverant sua debita, sollicitati et solliciti fuerunt quamprimum absolute, et P. Procurator Portarium consolatus ei haustum vini præbuit atque ad portam remisit, antea adhuc dixit sibi spiritus apparuisse ut religiosus quandoque debuerit dormire in epus cubiculo qui nihil vidit. Beneficia quæ pater Vischerii contulit domui supra recensuimus.

9 Novembris M. Jacobus Contray apothecarius noster dedit magnam picturam crucifixionis S. Petri quæ pendet supra portale ecclesie.

Hæc ipso anno 1618 die 15 Novembris Dordraci Hollandiæ oppido antiquissimo inchoata fuit pseudosynodus quæ proxime seq. an. die 6 Maii est finita. In ea discussi fuerunt articuli quidam controversi inter Joannis Calvinii asseclos Arminianos et Gomaristas. In eam synodum res Anglicæ et Electores ac Principes Germanicæ qui religionem calvinianam complectuntur

haud gravate consenserunt suosque miserunt, Rex quoque Galliae ab ordinibus *enise* rogatus ut pateretur ecclesias reformatas in suo regno ad illam synodum ablegare negavit et pena capite diminorata interdixit ne quis ex suis subditis eo se conferret.

### Judicium astrologicum

super Cometa prima Decembris anno 1618 mane ante sextam horam et vespertinam sextam viso

sabbato ante Dominicam primam Adventus, quae fuit prima Decembris undecimo in caelo, in signo librae novus cometes visus est, quae ab ortu solis caudam deduxit, super quo multa ac varia feruntur judicia. Omnibus interim sat notum, summum illum rerum Gubernatorem omnia regere, ejusque ditioni omnia subficere: cui subinde natura cursum tum diminueret, tum augere, placet, mores sapientis orlogiferi imitans, qui cum vult pondera nunc sursum nunc deorsum, nunc omnino quiescere prout libet artificiose potest. Non minus summus rerum artifex de natura disponit, qui cum absolute minime tenetur, teste Psalm. 115. Davide, Deus omnia quae voluit fecit in caelo et in terra, quod multis signis affirmat, ut bene videre est in presenti, qui non per praedicatorum seu ministrorum suos homines a via sua prava vocat: verum etiam per signa externa in caelo ne homini justa Dei ira innotescat, quod bene notat S. Chrysostomus super Mattheum. Mos siquidem est iste ut cum mala ad cumulum suum venerint, cumque viderint graviter et suos affligi et adversarios tyrannide quadam contra se impietatis exfolli, vel potius mentis ebrietate bacchanti tunc divinitatis suae potentiam per signa declarat, ut etiam Origenes ante Chrysostomum contra Celsum: Observatum est

De hoc cometa in Chronico Cruciferorum Henricus Russelius sequentia scribit: Apparente Cometa, qualis via unquam antea visus, Ab oriente siquidem hyemali conuergens quotidie ante horam quartam matutinam aurora, ut apparebat magis ac rutilantior caudam perlucidam sensissimam et longissimam premittebat versus occidentem ad septentrionem tamen paululum inclinans, etc.

Psalm. 115.

Homil. 4, p. 28

lib. I, p. 46



quoties res magnae insignesque mutationes fiunt in terris existere hujusmodi stellas significantes aut translationes regnorum, aut bella aut quidquid potest apud homines contingere ad commovendas res terrenas validum. Inter signa interim quae divina elementia oculis nostris objicit non sane minimum est cometes, cujus rei testimonium ferunt physici in definitione. Cometa est meteoron ignitum ortum ex fumo viscoso, copioso acete compacto, inque aere erecto ibidemque inflammato. Locus cometæ ut vulgo ferunt supernus aer est tropicorum excepto cum ibi rarissime appareant: quæ vero ex materia fiat, multa ac varia sub physicis lis est, sed ea communior opinio ex vaporibus diversis terrestribus in se repugnantibus qui in aere se figunt ac accenduntur fieri.

Cardanus philosophus ut et alii Cometa sub solis radiis latere notat, quem lento procedit gradu. At si bene ipsam rei veritatem inquireas non ex coelesti natura, sed ex solis terrestribus vaporibus constare percipies. At id luce clarius est, quod cometæ nunc augeantur nunc minuantur, nunc etiam omnimode pereant: ut notatum est anno 1596 circa medium noctis in signo Leo, sed id nequaquam in stellis videre est, quarum natura circa quantitatem stabilis est, unde etiam fiunt cæli, inde etiam fiunt stellæ. Id tamen jam per mathematicos nobis constat quod cometæ longe infra lunam se se habeant: stellæ tamen dicuntur cometales; eo quod ad similes stellis aliquo modo appareant transluceat. Hæc distinctionem afferunt physici quam dicunt esse duplicem utpote simplicem et variam, simplicem, quod cum ceteris in aere dominantur, et cum cæli motu ab ortu ad occasum transferantur; variam, tum ob inclinationem planetæ quæ eis dominantur, tum a materiæ influentiâ; quod vero possint vel significant sat bene ab antiquis aliquo scriptore notatum est, idque græco versu, qui hoc modo apud nos sonat

Semper adhuc duri quoties arserit Cometae

Certa secuturi signa fuere mali.

Lucanus vocat cometam crinem horrendi sideris: Claudianus ferali crine cometam. Insignis quidam philosophus Julius Caesar Scaliger exerc. 79 sect. 2: Multi a nobis cometae visi, quos nullo usquam tota in Europa subsequuta est perniciosa mortalium et multi clarissimi viri suo fato summi sunt: multi eversi Principatus, pessumdatae familiae illustrissimae sine ullo cometae indicio; quod forte Scaliger ex Origine contra Celsum habet. Legimus in Ebermonis Hoicii Commentario quem de Cometis scripsit Quomodo interdum etiam res bonas exorti praesignaverint cometae, idque declarat exemplis. De Vespasiano quoque legimus eum cum milites de cometis sidere (quod regibus exitium portendere philosophi arbitrantur) exorto quid nescio meticulosius colloquerentur: desinente, quae, dixisse nugarum, non enim mihi, sed Parthorum regi mortem sidus hoc crinitum portendit: ille enim comatus est, ego calvus sum itaque mihi non exortum. Quod autem Deus per haec signa aliquid necessarium significet id nobis minime constat, sed sortis abunde exempla id docuerunt utpote in Christi nativitate multi cometam significativam fuisse putant, quem Sybilla Caesari Augusto demonstrasse ferunt. Quandoque etiam statum tetigit ecclesiasticum, nam anno 587 Constantinopoli magnus cometa visus et post quae tempora immediate et Mahemonia et Saracenorum secta subsequuta est. Anno 1268 mortuo Papa Martino visus est cometa apud Allemannos, Gallos et Francos a 6 Augusti usque ad 3 Septembris, et sic cursum egit per Cancrum, Leonem, Signum, Virgo, Libra, in quo stidem perit. Quandoque tangit statum civilem: cometa namque visus duobus annis ante Jerebiam pugnam, qui aeris in temperiem terra motum, et quidam stragem erat significaturus.

Justinus refert in natiuitate Alexandri Magni cometam visum  
fuisse, qui 70 diebus apparuit, Anno mundi 3922 vela condita Roma  
710 dum Julius Caesar in concilio enecaretur cometa quoque visus  
est cuius meminit poeta Virgilius:

Non alias .celo ceciderunt plura sereno  
Fulgura, nec diu toties arsere cometae.

Plinius quoque refert quod eodem anno quo Caesar interit,  
et civile bellum fuerit cometa etiam visus sit. Paucis quoque  
tempore ante Vespasiani mortem cometes apparuit. Anno 340  
dum imperator Constantinus extremum clauderet diem cometa  
aliquot mensibus apparuit. Regnate Theodosio visus est uti Hie-  
rowolymis magnus cometa. Etiam anno 454 dum praedictus  
Caesar moreretur tunc Attila Hunnorum rex per universam  
Germaniam magnam induxit cladem. Anno 745 visus est  
in Syria cometa quem tanta pestis subsequuta est, ut pauci  
in iisdem insulis et Graecis confinibus supermanserint.

Anno 815 magnus cometa visus est, qui Caroli magni mor-  
tem denotare suspicabatur.

Anno 843 visus est cometa dum imperator Lotharius cum  
fratribus tantam committeret stragem ut pauci nobiles in  
Francia supermanserint.

Anno Christi 71 primo anno Vespasiani imperatoris come-  
ta visus est in Hierusalem, idque per integrum annum  
post quae tempora illorum ditio cessavit et ludibrose ven-  
diti sunt.

1106 comparuit cometa tempore Henrici IV qui 50 annis  
regnavit.

1211 visus est in Polonia cometa qui 18 diebus stetit quo tem-  
pore Tartari venerunt in Poloniam, et plurima millia hominum

interfecerunt, et terram devastarunt, et spolia ejus secum abstulerunt.

1298 visus est in aestate cometa quo tempore Caesar Adolphus ab Alberto devictus et enecatus est.

1363 tribus mensibus sese demonstravit quidam cometa paucis annis mortem Caesaris Caroli IV significativus.

1416 comparuit in Polonia et aliis locis toto mense Junio esit editum regis Ladislai regis Bohemice qui veneno interit.

Dum rex Ferdinandus regali felicitate honore Praga in Bohemia visi sunt parelios tres soles, sed quid subsequutum sit, id sane nostra calamitate satis comperimus. Jam quod civiles res tangit et iisdem sua signa non defuerunt inter plurima tandem aliqua in medium proferemus.

763 comparuit in terra orientali magnus cometa, quem asperum frigus subsequutum est, ita ut eo tempore homines, jumenta, arbores et terrae frigore perirent cui maxima annona subsequuta est, quod Turcis non parvam in regnum pandit portam.

876 post predictum Cometam tanta surrexit aeris intemperies, aquarum inundatio, ac pestilentia, ut horribile visum fuerit. Anno vero post taliter obtenebratus est sol ut stellae media die visae fuerint.

1314 in Lithonia et insulis confinibus esse cometa subsequuta fuit pluvia talis, quae ferme per integram aestatem duravit; post quae tempora tres haec plagae subsequutae sunt pestilentia, fames et bella.

1341 post cometam incendium 400 domuum subsequutum est Norembergi.

1571 visus est cometa quem maxima Parisiensium strages

subsecuta est.

Anno 1577 cometa visus est ut etiam 1580 ejus effectus adhuc in dies percipimus. Quid vero eadem pro certo velint id nobis sane est omnino incognitum, hos nobis Germania de iisdem edidit versus:

Sic est in fatiis: ut quae praedixit Jesus  
 Eveniant nostro tempore cepta brevi  
 Respice perniciem Germania caeca futuram  
 Emenda mores litigiosa tuos.  
 Non Deus excolitur rixis verbisque superbis  
 Mens est quae quator efficit una deo  
 Vincere contendas, precibusque amore nec ullum  
 Pertimeas hostem posse nocere tibi.

Summa denique hujus significatio nihil aliud notat praeter bella, famem, pestilentiam; sed quoniam anno 1622 annus miraculosus futurus est; ut alter mundus fiet, et alia quodammodo forma regiminis, omnium namque planetarum fiet conjunctio fortissima, qualis a centum annis visa visa est. Verum ne proximo futuro anno 1632 nobis haec eveniant magis metuemus, quia rursus in Germania omnia nutant, et heu in pejus ruunt. Dabimus deo favente sequenti quarto volumine primos effectus hujus cometæ rebellium Bohemorum ad insigne stelloe debellationem sed et obitus praecipuorum monarcharum quibus subsumus imperatoris, Papae, regis Hispaniarum, principis Belgicae ac Primateis ejusdem archiepiscopi Mechliniensis et novos successores; siquidem unius corruptio est alterius generatio, et res nostra domestica quasi ex proposito ad res publicas alluderet novos etiam accepit officiales et rectores. Sic primus orbis ceteros inferiores movet, nova subsequetur forma regiminis.

Finis impositus ultima Decembris anno 1631.